UNIVERSITÄTS
BIBLIOTHEK
WUPPERTAL

BERGISCHE
UNIVERSITÄT
WUPPERTAL

# Universitätsbibliothek Wuppertal

## M. Tullii Ciceronis Orationes diligentius recognitae & aptiore serie repositae

### Cicero, Marcus Tullius

### Lutetiae Paris, 1522

Pro domo sua ad pontifices. Oratio XXX.

**Nutzungsrichtlinien** Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.
Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

urn:nbn:de:hbz:468-1-431

Visual Library

## PRO DOMO SVA AD PONTIFICES. ORATIO.XXX.

CVM multa diuinitus Pontifices a maioribus noſtris inuẽta atq; inſtituta ſunt, tum nihil præclarius, q̃ ꝙ vos eoſdem & religionibus deorum immortalium, & ſummę Reip. præeſſe voluerũt: vt ampliſſimi & clariſſimi ciues Remp. benegerendo, Pontifices religiones ſapienter interpretando, Remp. cõſeruarent. Q; ſi vllo tẽpore magna cauſa in ſacerdotũ populi Romani iudicio, ac poteſtate verſata eſt, hęc profecto tanta eſt, vt omnis reip. dignitas, omniũ ciuium ſalus, vita, libertas, aræ, foci, dii penates, bona, fortunę, domicilia, veſtrę ſapiẽtiæ, fidei, poteſtatiq; cõmiſſa, creditaq; eſſe videanť. vobis hodierno die cõſtituendũ eſt, vtrum poſthac amẽtis ac ꝑditos magiſtratus improborum, ac ſceleratorum ciuium præſidio nudare, an etiam deorum immortalium religione armare malitis. Nam ſi illa labes, ac flamma Reip. ſuum illum ꝑſtiferum, & funeſtũ tribunatum, quem æquitate humana tueri nõ poteſt, diuina religione defenderit, aliæ cerimoniæ nobis erunt, alii antiſtites deorum immortalium, alii interpretes religionum requirẽdi. ſin autem veſtra auctoritate, ſapientiaq; Pontifices, ea quæ furore improborum in Repu. ab aliis oppreſſa, ab aliis deſerta, ab aliis prodita, geſta ſunt, reſcinduntur: erit cauſa, qua conſiliũ maiorum in ampliſſimis viris ad ſacerdotia eligendis iure, ac merito laudare poſſimus. Sed quoniam ille demens, ſi ea quæ ego ꝑ hos dies in ſenatu de Rep. ſenſi, vituꝑraſſet, aliquẽ ſe aditum ad aures veſtras eſſe habiturũ putauit, omittam ordinem dicendi meum: reſpondebo hominis furioſi non orationi, qua ille vti non poteſt, ſed conuitio, cuius exercitationẽ cũ intolerabili ꝑtulantia, tũ etiã diuturna impunitate muniuit. Ac primũ illud a te hoĩe

Oratio.
Conuitiũ.

veſano, ac furioſo requiro, quæ te tanta pœna tuorum ſcelerũ flagitiorũq; vexet, vt hos tales viros, qui non ſolum cõſiliis ſuis, ſed etiam ſpecie ipſa dignitatem Reip. ſuſtinent, ꝙ ego in ſententia dicenda ſalutem ciuium cũ honore Cn. Pompei cõiunxerim, mihi eſſe iratos, & aliud de ſumma hoc tẽpore religione ſenſuros, ac me pręſente ſenſerit, arbitrere? Fuiſti tu inquit apud pontifices ſuperior: ſed etiam quoniam te ad populum cõtuliſti, ſis inferior neceſſe eſt. ita ne vero? qđ in imperita multitudine eſt vitioſiſſimũ, varietas, & incõſtantia, & crebra tanq̃ tẽꝑſtatum, ſic ſententiarum cõmutatio, hoc tu ad hos transferas? quos ab incõſtãtia grauitas, a libidinoſa ſententia certum & definitũ ius religionum, vetuſtas exẽplorũ, auctoritas literarum, monimẽtorumq; deterret? Tu ne es ille, inquit, quo ſenatus carere nõ potuit? quẽ boni luxerũt? quẽ Reſp. deſiderauit? quo reſtituto, ſenatus auctoritatẽ reſtitutã putabamus? quã primũ aduenienſ prodidiſti. Nondũ de mea ſententia dico. impudentiæ primũ reſpondebo tuę. Hũc igiť funeſta Reip. ꝑſtis, hunc tu ciuẽ ferro, & armis, & exercitus terrore, & cõſulũ ſcelere, & audaciſſimorũ hominũ minis, ſeruorũ delectu, obſeſſione templorũ, occupatione fori, oppreſſione curiæ, domo, & patria, ne cum improbis boni dimicarent, cedere curaſti? quẽ a ſenatu, quẽ ą bonis oĩbus, quẽ a cũcta Italia deſideratũ, accerſitũ, reuocatũ, conſeruandæ Reip. cauſa cõfiteris? At eñ in ſenatũ venire, in Capitoliũ intrare turbulento illo die non debuiſti. Ego vero neq; veni, & domo me tenui, q̃diu turbulẽtũ tẽpus fuit, cũ ſeruos tuos ad rapinã, ad bonorũ cædem paratos cũ illa tua cõſceleratorꝝ ac ꝑditorꝝ manu armatos in Capitoliũ tecũ veniſſe cõſtabat. qđ cũ mihi nunciareť, ſcio me domi manſiſſe, & tibi & gladiatoribus tuis inſtaurandę cædis poteſtatẽ non feciſſe. poſtea q̃ mihi nũciatũ eſt, populũ Ro. in Capitoliũ ꝓpter metũ, atq; inopiã rei frumentariæ cõueniſſe, miniſtros aũt ſcelerũ tuorũ ꝑterritos, partim amiſſis gladiis, partim ereptis diffugiſſe, veni nõ ſolũ ſine vllis copiis, ac manu, verũ etiã cũ paucis amicis. An ego cũ P. Lẽtulus Cõſul optime de me ac de Rep. meritus, cũ Q. Metellus, q cũ meus inimicus eſſet, frater tuus, & diſſenſioni noſtrę, & ꝓcibus tuis ſalutẽ ac dignitatẽ meã ꝓtuliſſet, me arceſſerent in ſenatũ: cũ tanta multitudo ciuiũ tã recẽti officio ſuo me ad referẽdã gratiã nominatim vocarẽt: non venirẽ? cũ pręſertim te iam illinc cũ tua fugitiuorũ manu diſceſſiſſe cõſtaret. Hic tu me etiã cuſtodẽ defenſorẽq; Capitolii, tẽplorũq; oĩm, hoſtẽ capitolinũ appellare auſus es? ꝙ cũ in Capitolio Senatũ duo Cõſules haberẽt, eo venirẽ. vtrũ ne eſt tẽpus aliqđ, quo ĩ ſenatũ veniſſe turpe ſit? an res illa talis erat, vt rẽ ipſã repudiare, & eos q agebãt, cõdemnare deberẽ? Primũ dico Senatoris eẽ boni, ſemp ĩ ſenatũ venire: nec cũ his ſentio, q ſtatuũt min⁹ bonis tpib⁹ in ſenatũ vt ipſi nõ venirẽt: nõ ĩtelligẽtes hãc ſuã nimiã ꝑſeuerãtiã, iis, quorꝝ aĩm offẽdere voluerũt, gratã & iucũdã

Sentẽtiarũ cõmutatio tanq̃ tẽꝑſtatum.

Domo me tenui.

fuiſſe. At eñ nõnulli ꝓpter timorē,ꝙ ſe in ſenatu tuto nõ eſſe arbitrabant̃,diſceſſerũt.nõ re
prehendo:nec quęro,fuerit ne aliqd p̄timeſcendũ.puto arbitrio ſuo quenq; timere oportere.
cur ego nõ timuerim,quęris?quia te illinc abiiſſe cõſtabat.cur cũ viri boni nõnulli putarint
tuto ſe in ſenatu eſſe nõ poſſe,ego nõ idē ſenſerim?cur cũ ego me exiſtimaſſem tuto oĩno in
ciuitate eē nõ poſſe,illuc irē?an aliis licet & recte licet,ĩ meo metu ſibi nihil timere?mihi vni
neceſſe erit,& meam,& aliorũ vicem p̄timeſcere?an quia nõ condemnaui ſentētia mea duos
Conſules,ſum reprehendēdus?eos igit̃ ego potiſſimũ damnare debui,quoꝝ lege ꝑfectum
eſt,ne ego indemnatus,atq; optime de Rep.meritus,damnatoꝝ pœnā ſuſtinerē? quorũ etiā
delicta ꝓpter eorũ egregiā in me cõſeruãdo volũtatē,nõ modo me,ſed oĩs bonos ferre opor
teret:eorũ optimũ cõſiliũ ego potiſſimũ ꝑ eos in meā priſtinā dignitatē reſtitutus,cõſilio re
pudiarē meo? At quā ſentētiā dixi?primum eā,quā populi ſermo in animis veſtris iam an-
te defixerat:deinde eā,quę erat ſuperiorībꝰ diebꝰ agitata in ſenatu:deinde eā,quā ſenatꝰ fre-
quēs,tũ,cũ mihi eſt aſſenſus,ſecutꝰ eſt:vt neq; allata ſit a me res inopinata ac recēs,nec ſi qđ
in ſentētia vitium eſt,maius ſit eius,q dixerit,q̃ omniũ,q ꝓbarint. At eñ liberũ ſenatus iu-
diciũ ꝓpter metũ nõ fuit.ſi timuiſſe eos facis,q diſceſſerũt,cõcede non timuiſſe eos, q reman
ſerũt.ſin aũt ſine iis q tũ abfuerũt,nihil decerni libere potuit:cũ oēs adeſſent , cœptũ eſt re-
ferri de indicēdo S.C.ab vniuerſo ſenatu reclamatũ eſt.Sed quęro in ipſa ſentētia, qñ prin-
ceps ego ſum eius,atq; auctor,quid rep̄hēdat̃?vtrũ cauſa capiēdi noui cõſilii nõ fuit?an meę
partes in ea cauſa nõ p̄cipuę fuerũt?an alio potius cõfugiēdũ fuit?quæ res,q̃ cauſa maior eſ-
ſe,q̃ fames potuit?q̃ ſeditio?q̃ cõſilia tua,tuorũq;?qui facultate oblata ad imꝑitorũ aĩos in
citãdos,renouaturũ te tua illis funeſta latrocinia ob annonę cauſam putarũt.frumētũ ꝓuin
cię frumētarię partim nõ habebãt:partim in alias terras,credo ꝓpter varietatē vēditorũ,mi
ſerant:partim,quo gratius eſſet,tũ cũ in ipſa fame ſubueniſſent, cuſtodiis ſuis clauſũ cõtine
bant,vt ſubito nouũ mitterēt.res erat nõ in opinione dubia, ſed in p̄ſentia, atq; ante oculos

*Ingraueſce ret annona*

ꝓpoſito ꝑiculo:neq; id cõiectura ꝓſpiciebamus,ſed iā experti videbamus.nā cũ ingraueſce
ret annona,vt iā plane inopia,ac fames,non caritas timeret̃, cõcurſus eſt ad tēplũ Concor-
dię factus,Senatũ illuc vocante Metello Cõſule.qui ſi verus fuit,ex dolore hominũ & fame,
certe Cõſules cauſam ſuſcipere,certe Senatus aliqd cõſilii capere potuit.Sin in cauſa fuit an
nona,ſeditionis quidē ſtimulator & cõcitator,tu fuiſti,nonne id agendũ nobis oĩbus fuit,vt
materiē ſubtraheremus furori tuo?quid ſi vtrũq; fuit?& vt fames ſtimularet hoĩes,& tu in

*Tanq̃ vnguis in vlcere.*

hoc vlcere tanq̃ vnguis exiſteres?nonne fuit eo maior adhibēda medicina?q̃ & illud natiuũ,
& hoc delectũ malũ ſanare poſſet?Erat igit̃ & p̄ſens caritas,& futura fames.inde ſaxis facta

*Lapidatio.*

lapidatio eſt.ſi ex dolore plebeio nullo incitãte,magnũ malũ.ſi P.Clodii impulſu,vſitatũ ho
minis facinoroſi ſcelus.ſi vtrũq;,vt res eſſet ea,q̃ ſua ſpõte multitudinis aĩos incitaret,& pa-
rati atq; armati ſeditionis duces:videt̃ ne ipſa Reſp.& cõſulis auxiliũ imploraſſe?& ſenatꝰ fi
dē?Atqui vtrũq; fuiſſe ꝑſpicuũ eſt.difficultatē annonę,ſummãq; inopiā rei frumētarię,vt ho
mines nõ iā diuturnam caritatē,ſed vt famē plane timerēt,nemo negat.hũc iſtũ otii, & pacis
hoſtē cauſam arrepturũ fuiſſe ad incēdia,cędes,rapinas,nolo Põtifices ſuſpicemini, niſi vide
ritis.qui ſunt hoĩes a Q.Metello fratre tuo Cõſule in Senatu palā nominati?a qbus ille ſe la
pidibꝰ appetitũ & ꝑcuſſum eſſe dixit?L.Sergiũ & M.Lolliũ noĩauit.quis eſt iſte Lollius? qui ſi
ne ferro ne nũc qdē tecũ eſt,q te Tribuno pl.nihil de me dicā,ſed q Cn.Põpeiũ interficiendũ
depopoſcit.quis eſt Sergius?armiger Catilinę,ſtipator tui corporis,ſignifer ſeditiõis,cõcita-
tor tabernariorũ,damnatus iniuriarũ,ꝑcuſſor,lapidator,fori depopulator,obſeſſor patrię.
His atq; huiuſmodi ducibꝰ,cũ tu in annonæ caritate in cõſules,ĩ ſenatũ,in bona,fortunaſq;
locupletũ,ꝑ cauſam inopũ atq; ꝑegrinoꝝ,repētinos impetus cõparares:cũ tibi ſalus eſſe in
otio nulla poſſet:cũ deſperatis ducibus decuriatos ac deſcriptos haberes exercitus ꝑdito-
rũ:nõne ꝓuidendũ ſenatui fuit,ne in hãc tãtā materiē ſeditionis,iſta funeſta fax adhæreſce-
ret? Fuit igit̃ cauſa capiēdi noui conſilii.videte nũc,fuerit ne partes meę p̄cipuę.Quē tũ Ser
gius ille tuus,quē Lollius,quē cæterę peſtes in lapidatiõe illa noĩabant?quē annonā præſtare
oportere dicebãt?nonne me?qd puerorũ illa cõcurſatio nocturna?num a te ipõ inſtituta,me
frumētũ flagitabãt?quaſi vero ego aut rei frumētarię p̄fuiſſem,aut cõpreſſum aliqđ frumen
tũ tenerē,aut in iſto genere omnino qcq̃ aut curatiõe,aut poteſtate valuiſſem. ſed homo ad
cędē imminēs,meũ nomen operariis ediderat,imꝑitis iniecerat.cũ de mea dignitate in tem
plo Iouis Maximi Senatꝰ frequētiſſimus vno iſto diſſentiēte decreuiſſet,ſubito illo ipſo die

cariſſimã annonã nec opinata vilitas cõſecuta eſt. erant q deos ĩmortales(id qđ ego ſentio)
numine ſuo reditũ meũ dicerẽt cõprobaſſe. nonnulli aũt illã rẽ ad illã rationẽ cõiecturãq; re
uocabãt, qui ꝙ in meo reditu ſpes otii, & cõcordię ſita videbat̃, in diſceſſu aũt quotidianus ſe
ditionis timor, iã ꝑne belli depulſo metu cõmutatã eſſe annonã dicebãt: q qa rurſus in meo
reditu facta erat durior, a me cuius aduentu fore vilitatẽ boni viri dictitabãt, annona flagi- Durior an
tabat̃. ego deniq; nõ ſolũ ab operariis tuis impulſu tuo nominabar, ſed etiã depulſis ac diſſi- nona.
patis tuis copiis a populo Ro. vniuerſo, q tũ in Capitoliũ cõuenerat, cũ illo die minus vale-
rẽ, noiatim in ſenatũ vocabar. deniq; expectatus, multis ſentẽtiis iã dictis, rogatus ſum ſentẽ
tiã. dixi Reip. ſaluberrimã, ac neceſſariã. petebat̃ a me frumẽti copia, annonę vilitas: quaſi poſ
ſem aliqd in ea re gerẽda: nõ habebat̃. flagitabar bonorũ expoſtulatione, improborũ conuitia
ſuſtinere nõ poterã. delegaui amico locupletiori, nõ quo illi ita de me merito onus illud ĩpo
nerẽ(ſuccubuiſſem em̃ potius ipſe)ſed quia videbã id, qđ oẽs: qđ nos de Cn. Põpeio pollicere
mur, id illũ fide, cõſilio, virtute, auctoritate, felicitate deniq; ſua facillime ꝑfecturũ. Itaq; ſi-
ue hũc dii immortales fructũ mei reditus populo Ro. tribuũt: vt quẽadmodum diſceſſu meo
frugũ inopia, fames, vaſtitas, cædes, incendia, rapinæ, ſcelerũ impunitas, fuga, formido, diſcor
dia fuiſſet: ſic reditu meo vbertas agroꝝ, frugũ copia, ſpes otii, trãquillitas animorũ, iudicia,
leges, concordia populi, Senatus auctoritas mecũ ſimul reducta videant̃, ſiue egomet aliquid
aduẽtu meo, cõſilio, auctoritate, diligentia pro tanto beneficio populo Ro. pręſtare debui: ꝓ-
ſto, ꝓmitto, ſpondeo: nihil dico amplius, hoc qđ ſatis eſt huic tẽpori dico, Remp. annonę no
mine, in id diſcrimẽ, quo vocabat̃, nõ eſſe vẽturã. Nũ igit̃ in hoc officio, qđ fuit ꝓcipue meũ,
ſentẽtia mea repħẽdit̃? rem maximã eripui a ꝑſte ſummi ꝑiculi, nõ ſolũ eã, ſed etiã vos a cę
de, incendiis, vaſtitate. nemo negat, cum ad cauſam caritatis accederet iſte ſpeculator com-
muniũ miſeriarũ, qui ſemꝑ in reip. malis ſceleris ſui faces inflãmarit. Negat oportuiſſe quicq̃
vni extra ordinẽ decerni. Nõ iam tibi ſic reſpõdebo, vt cæteris. Cn. Põpeio plurima, ꝑiculo-
ſiſſima, maxima, terra, mariq; bella extra ordinẽ ſunt cõmiſſa: quarũ rerũ ſi quẽ pœniteat, eũ
victorię populi Ro. neceſſe eſt pœnitere. nõ ita tecũ ago. cũ his hęc haberi oratio põt, qui ita
diſputãt, ſe, ſiqua res eſt ad vnũ deferẽda, ad Cn. Põpeiũ delaturos potiſſimũ. ſed ſe extra or
dinem nihil cuiq̃ dare. cũ Põpeio datũ ſit, id ſe ꝓ dignitate hoĩs ornare, ac tueri ſolere. Horũ
ego ſentẽtiã ne laudẽ impedior Cn. Põpeii triũphis: qbꝰ ille, cũ eſſet extra ordinẽ ad patriam Extra ordi
defendẽdã vocatus, auxit nomẽ populi Romani, imperiũq; honeſtauit. cõſtãtiã ꝓbo. qua mi- nem.
hi quoq; vtẽdũ fuit, quo ille auctore extra ordinẽ bellũ cũ Mithridate, Tigraneq; geſſit. ſed
cũ illis tñ poſſum aliqd diſputare. tua vero quę tãta impudẽtia eſt? vt audeas dicere extra or
dinẽ dari nihil cuiq̃ oportere? qui cũ lege nefaria Ptolemęũ Regẽ Cypri, fratrẽ Regis Alexan
drini eodẽ iure regnãtẽ, cauſa incognita publicaſſes, populũq; Ro. ſcelere obligaſſes: cum in
eius regnũ, bona, fortunas, patrociniũ huius imperii immiſiſſes, cuius cũ patre, auo, maiori-
bus, ſocietas nobis, & amicitia fuiſſet: huius ꝑcunię deportandę, & ſi qs ſuũ ius defenderet,
bello gerẽdo, M. Catonẽ ꝓfeciſti. dices, quẽ virũ? ſanctiſſimũ, prudẽtiſſimũ, fortiſſimũ, amiciſſi M. Catonis
mũ reip. virtute, cõſilio, ratione vitę mirabili ad laudẽ, & ꝓpe ſingulari. ſed quid ad te? qui ne laus.
gas eſſe iuris quenq̃ vlli rei publicę extra ordinẽ ꝓfici? Atq; in hoc ſolũ ĩcõſtantiã redarguo
tuã, q in ipſo Catone, quẽ tu nõ ꝓ illius dignitate produxeras, ſed ꝓ tuo ſcelere ſubduxeras:
quẽ tuis Sergiis, Lolliis, cęteriſq; cędis, & incẽdioꝝ ducibꝰ, obieceras: quẽ carnificẽ ciuiũ, quẽ
indemnatoꝝ necis principẽ, quẽ crudelitatis auctorẽ fuiſſe dixeras: ad hũc honorẽ, & ĩꝑiũ
extra ordinẽ noiatim rogatione tua detuliſti: & tãta fuiſti intẽperantia, vt illiꝰ tui ſceleris ra
tionẽ occultare nõ poſſes. Literas in cõcione recitaſti, q̃s tibi a C. Cęſare miſſas diceres. CAE
SAR P. CLODIO. cũ etiã es argumẽtatꝰ, amoris eſſe hoc ſignũ, cũ noĩbus tãtũ vteret̃, neq;
aſcriberet Proconſul, aut Tribuno pl. Deinde gratulari tibi, ꝙ idẽ in poſterũ M. Catonẽ Tri
bunatu tuo remouiſſes, & ꝙ idẽ in poſterũ de extraordinariis poteſtatibꝰ libertatẽ ademiſſes. Extraordi-
Quas aut nũq̃ tibi ille literas miſit: aut ſi miſit, in cõcione recitari noluit. aut ſiue ille miſit, narię pote-
ſiue tu finxiſti, certe conſiliũ tuũ de Catonis honore, illarũ literarũ recitatione patefactũ eſt. ſtates.
Sed omitto Catonẽ, cuius eximia virtus, dignitas, & in eo negotio, qđ geſſit, fides, & cõtinen
tia tegere videt̃ improbitatẽ & legis, & actionis tuę. quis hoĩ poſt hoĩes natos turpiſſimo,
ſceleratiſſimo, cõtaminatiſſimo, qs illã opimã fertileq; Syriã, qs bellũ pacatiſſimis gẽtibꝰ, quis
ꝑcuniam ad emendos agros cõſtitutã, ereptã vi ex Cæſaris rebꝰ actis, quis imperium infini-
tũ dedit? Cui quidẽ cũ Ciliciã dediſſes, mutaſti pactionẽ, & Ciliciã ad Prætorẽ itẽ extra ordi

nem tranſtuliſti:Gabinio precio amplificato Syriã nominatim dediſti.quid? homini teterri-
Notatiſſimus. mo,crudeliſſimo,omniũ ſcelerũ libidinũq; maculis notatiſſimo,L.Piſoni,nonne noĩatim po
pulos liberos,multis ſenatuſcõſultis, etiã recẽti lege ſoceri ipſius liberatos,vinctos, & cõſtri
ctos tradidiſti?nõne cũ ab eo merces tui beneficii,ꝓciũq; prouincię meo ſanguine tibi eſſet ꝑ
ſolutũ,tñ ærariũ cũ eo partitꝰ es?Ita ne vero?tu ꝓuĩcias Cõſulares,quas C.Gracchus, ꝙ vnꝰ
maxime popularis fuit,nõ modo nõ abſtulit ab ſenatu,ſed etiã vt neceſſe eſſet quotannis cõ
ſtitui ꝑ Senatũ decreta lege ſanxit:eas lege Sempronia ꝑ Senatũ decretas reſcidiſti?extra or-
dinẽ ſine ſorte nominatim dediſti,nõ cõſulibꝰ,ſed reip.ꝑſtibus?nos ꝙ nominatim rei maxi-
mę ꝑne iã deſꝑatę ſummũ virũ ſępe ad extrema reip.diſcrimina delectũ ꝓfecimus, a te reꝑ
Metaphora. hẽdemur?Quid tãdẽ?ſi tu quę in illis reip.tenebris,cęciſq; nubibꝰ,& ꝓcellis,cũ ſenatũ a gu-
bernaculis deieciſſes,populũ e naui exturbaſſes,ipſe archipirata cũ grege ꝓdonũ ĩpuriſſimo
pleniſſimis velis nauigaſſes:ſi q̃ tũ ꝓmulgaſti,cõſtituiſti,ꝓmiſiſti,vẽdidiſti,ꝑferre potuiſſes,ꝙ
locus orbe terrarũ vacuus extraordinariis faſcibꝰ,atq; imꝑio Clodiano fuiſſet?Sed excitatꝰ
aliqñ Cn.Pompei (dicam ipſo audiente qđ ſenſi,& ſentio,quoquo animo me auditurus eſt)
excitatꝰ inquã aliqñ Cn.Pompei nimiũ diu recõditus,& penitus abſtruſus animi dolor ſub-
uenit ſubito reip.ciuitatẽq; fractã malis,mutam,debilitatã , abiectã metu,ad aliquã ſpem li-
bertatis,& priſtinę dignitatis erexit.hic vir extra ordinẽ rei frumentarię ꝓficiendus nõ fuit?
ſcilicet tu helluoni ſpurciſſimo,prægustatori libidinũ tuarũ,homini egentiſſimo, & facino-
roſiſſimo Sex.Clodio,ſocio tui ſanguinis,ꝙ ſua lingua etiã ſororẽ tuã a te abalienauit:omne
frumẽtũ priuatũ,& publicũ,oẽs ꝓuĩcias frumẽtarias,oẽs mãcipes,omnis horreorũ clauis le
ge tua tradidiſti.qua ex re primũ caritas nata eſt,deinde inopia:impẽdebat fames, incendia,
cędes,direptio:imminebat tuus furor omniũ fortunis & bonis.queritẽ etiã importuna peſtis
ex ore impuriſſimo Sex.Clodii rem frumentariã eſſe ereptã:ſummiſq; in ꝑiculis , eius viri
auxiliũ imploraſſe rẽpublicã,a quo ſępe ſe,& ſeruatã,& amplificatã eſſe meminiſſet.extra or-
Parricida. Fratricida. Sororicida dinẽ ferri nihil placet Clodio.qd de me qđ tuliſſe te dicis parricida,fratricida,ſororicida,nõ
ne extra ordinẽ tuliſti?an de peſte ciuis,quẽadmodũ oẽs iã dii atq; hoĩes iudicarũt,cõſerua
toris reipublicę,quẽadmodũ aũt tute ipſe cõfiteris, nõ modo indemnati,ſed ne accuſati qui
dẽ,licuit tibi ferre nõ legẽ,ſed nefariũ priuilegiũ,lugente ſenatu,mœrentibꝰ bonis oĩbus,to-
tius Italię ꝓcibus repudiatis,oppreſſa captaq; republica?mihi populo Romano implorante,
Senatu poſcẽte,tẽporibꝰ reip.flagitãtibus,nõ licuit de ſalute populi Ro.ſentẽtiã dicere? qua
q̃dem in ſentẽtia ſi Cn.Pompei dignitas aucta eſt cõiũcta cũ vtilitate cõmuni,certe laũdãdus
eſſem,ſi eius dignitati ſuffragatꝰ viderer,ꝙ meę ſaluti opem & auxiliũ tuliſſet.Deſinant,deſi
nãt hoĩes iiſdẽ machinis ſꝑare me reſtitutũ poſſe labefactari,quibꝰ antea ſtantẽ ꝑculerunt.
qđ eñ par amicitiæ fuit vnq̃ in hac ciuitate cõiũctius,q̃ fuimus inter nos, ego & Cn.Pom-
Induſtrius comparat. ꝑeius?quis apud populũ Ro.de illius dignitate induſtrius?quis ſenatui ſæpius dixit? qui tan
tus fuit labor?quæ ſimultas?quæ contentio?quã ego nõ pro illius dignitate ſuſceꝑrim?ꝙ ab
illo in me honos?quæ prędicatio de mea laude?quę remuneratio beneuolentię ꝓtermiſſa eſt?
Hãc noſtram cõiũctionẽ,hanc cõſpirationẽ in Rep.bene gerẽda,hãc iucũdiſſimã vitę,atq; of
ficioꝝ omniũ ſocietatẽ,certi hoĩes fictis ſermonibꝰ & falſis criminibꝰ diremerũt:cũ iidẽ illũ,
vt me metueret,me caueret,monerẽt:iidẽ apđ me,mihi illũ eſſe vni inimiciſſimũ, dicerẽt:vt
neq; ego ab illo q̃ mihi ꝑtenda eſſent,ſatis audacter petere poſſem:neq; ille tot ſuſpitionibꝰ
Prolixe polliceretur. certoꝝ hominũ,& ſcelere exulceratꝰ,q̃ meũ tẽpus poſtularet,ſatis ꝓlixe mihi pollicerẽt.Da
ta merces ẽ erroris mei magna Põtifices,vt me nõ ſolũ pigeat ſtultitię meę,ſed etiã pudeat:
qui,cũ me nõ repentinũ aliqđ meũ tempus,ſed veteres multo ante ſuſcepti, & prouiſi labo-
res cũ viro fortiſſimo & clariſſimo cõiũxiſſent,ſim paſſus a tali amicitia diſtrahi:neq; ĩtellexe
rim q̃bus aut vt apertis inimicis obſiſterẽ,aut vt inſidioſis amicis nõ crederem. Proinde deſi
nant aliqñ me iiſdẽ inflãmare verbis.quid ſibi iſte vult?neſcit quãtũ auctoritate valeat,quas
res geſſerit,qua dignitate ſit reſtitutus.cur ornat eũ,a quo deſertus eſt?Ego vero neq; me tũ
deſertũ puto,ſed pene deditũ:nec quę ſint in illa Reip.flãma geſta cõtra me, neq; quomodo,
neq; ꝑ quos,patefaciũdũ mihi eſſe arbitror.ſi vtile Reip.fuit,haurire me vnũ ꝓ oĩbus illã in
digniſſimam calamitatẽ:etiã hoc vtile ſit,quoꝝ id ſcelere conflatũ ſit,me occultare,& tace-
re.Illud vero eſt hominis ingrati,tacere.itaq; libẽtiſſime ꝓdicabo.Cn.Pompeiũ ſtudio & au-
ctoritate æque vt vnũquenq; veſtrũ,opibus,cõtentione,ꝓcibus,ꝑiculis deniq;,ꝓcipue pro
ſalute mea laboraſſe.hic tuis P.Lẽtule,cũ tu nihil aliud dies & noctes niſi de ſalute mea co-

gitares,cõſiliis oĩbus interfuit:hic tibi grauiſſimus auctor ad inſtituẽdã, fideliſſimus ſocius
ad cõparandã,fortiſſimꝰ adiutor ad rem pficiẽdã fuit:hic municipia coloniaſq; adiit:hic Ita
liæ totius auxiliũ cupiẽtis implorauit:hic in ſenatu princeps ſententię fuit:idẽq; cũ dixiſſet,
tũ etiã pro ſalute mea populũ Romanũ obſecrauit.quare iſtã orationẽ,quã es vſus, omittas
licet,poſt illã ſentẽtiã,quã dixerã de annona,põtificũ aĩos eẽ mutatos.proinde quaſi iſti,aut Proĩde qſi.
de Cn.Põpeio aliter,atq; ego exiſtimo,ſentiãt:aut qd mihi pro expectatione populi Ro.pro
Cn.Põpeii meritis erga me,p ratione mei tẽporis,faciẽdũ fuerit,ignorẽt:aut etiã,ſi cuiꝰ for-
te Põtificis animũ,qđ certo ſcio aliter eſſe,mea ſentẽtia offendit,alio mõ ſit cõſtituturus aut
de religione Põtificũ,aut de rep.q̃ eũ aut cerimoniarũ ius,aut ciuitatis ſalus coegerit. In-
telligo Põtif.me plura extra cãm dixiſſe,q̃ aut opinio tulerit,aut voluntas mea.ſed cum me
purgatũ vobis eſſe cuperẽ,tũ etiã veſtra in me attente audiẽdo benignitas pduxit orationẽ
meã.ſed hoc cõpenſabo breuitate eius orationis,q̃ pertinet ad ipſam cognitionẽ veſtrã.quæ
cũ ſit in ius religionis,& in ius Reip.diſtributa,religionis partẽ,q̃ multo eſt verboſior,pter- Ius Pontifi
mittens,de iure reip.dicam.quid eſt eñ aut tã arrogãs,q̃ de religione,de rebus diuinis,ceri- ciũ duplex.
moniis,ſacris,põtificũ collegiũ docere conari?aut tã ſtultũ,q̃ ſi qs qd in veſtris libris inuene
rit,id narrare vobis?aut tã curioſum,q̃ ea ſcire velle,de qbus maiores noſtri vos ſolos & cõ
ſuli,& ſcire voluerũt?Nego potuiſſe iure publico,legibꝰ iis,qbus hęc ciuitas vtiẽ, quenq̃ ci-
uẽ vlla eiuſmodi calamitate affici ſine iudicio.hoc iuris in hac ciuitate,etiã tũ,cũ Reges eſ-
ſent,dico fuiſſe:hoc nobis eſſe a maioribꝰ traditũ,hoc eſſe deniq; propriũ liberę ciuitatis,vt
nihil de capite ciuis,aut de bonis,ſine iudicio ſenatꝰ,aut populi,aut eorũ,q de quaq; re con-
ſtituti iudices ſint,detrahi poſſit.Vides ne me nõ radicitꝰ euellere oĩs actiões tuas?neq; illud
agere, qđ aptũ ẽ,te oĩno nihil geſſiſſe iure,nõ fuiſſe Tribunũ plebis.hoc dico,eẽ parricidiũ.
dico apud põtifices,augures adſũt,verſor ĩ medio iure publico.qđ eſt Põtifices ius adoptio Ius adopti
nis?nẽpe vt is adoptet,qui neq; procreare iã liberos poſſit:& cũ potuerit,ſit expertꝰ.quæ dei onis.
de cauſa cuiq; ſit adoptionis,quę ratio generũ,ac dignitatis,q̃ ſacrorꝫ,quęri a põtificũ colle-
gio ſolet.quid eſt horũ in iſta adoptione q̃ſitũ?adoptat annos viginti natꝰ,etiã minor,Sena-
torẽ.liberorꝫ ne cauſa?at pcreare põt,habet vxorẽ,ſuſcepit etiã liberos.Exhęredauit pater fi
liũ.quid ſacra Clodię gẽtis,cur intereũt qđ in te eſt?quia oĩs notio Põtificũ,cũ adoptaret,eſ-
ſe debuit.niſi forte ex te ita quęſitũ eſt,nũ pturbari remp.ſeditionibꝰ velles? & ob eã cauſam
adoptari,nõ vt filiꝰ eſſes,ſed tribunus plebis fieres,& funditus euerteres ciuitatẽ?reſpõdiſti
credo te ita velle.pontificibꝰ bona cauſa viſa eſt,approbauerũt.nõ ætas eius q adoptabat,q̃ſi
ta eſt,vt Cn.Aufidio,M.Puppio:quorũ vterq; noſtra memoria,ſumma ſenectute,alter Ore-
ſtem,alter Piſonẽ adoptauit.quas adoptiões,ſicut alias innumerabiles,hęreditates nominis,
pecunię,ſacrorꝫ ſecutæ ſunt.tu neq; Fonteius es,q eſſe debebas:neq; patris hęres:neq; amiſſis
ſacris paternis,in hæc adoptiua veniſti.Ita pturbatis ſacris,cõtaminatis gentibus,& quas de
ſeruiſti,& quas polluiſti,iure Quiritũ legitimo tutelarũ,& hęreditatũ relicto,factus es eiꝰ fi
lius cõtra fas,cuius per ætatẽ pater eſſe potuiſti. Dico apud pontifices,nego iſtã adoptionẽ
pontificio iure factã:primũ φ hę veſtrę ſint ętates,vt is,q te adoptauit,vel ille tibi loco filii
p ætatẽ eſſe potuerit.deinde φ cauſa quęri ſolet adoptãdi,vt is adoptet,qui qđ natura iã aſ
ſequi nõ põt,legitimo & põtificio iure quęrat,& ita adoptet,vt ne qd aut de dignitate gene
rũ,aut de ſacrorũ religione minuaẽ.illud in primis, nequa calumnia,nequa fraus, ne qs do-
lus adhibeaẽ,vt hæc ſimulata adoptio filii q̃maxime veritatẽ illam ſuſcipiendorꝫ liberorum
imitata eſſe videaẽ.quæ maior calumnia eſt,q̃ venire imberbẽ adoleſcẽtulũ, bene valentẽ,ac
meritũ?dicere filiũ Senatorẽ populi Ro.ſibi velle adoptare?id aũt ſcire,& videre oẽs,nõ vt il
le filius inſtituaẽ,ſed vt e patriciis exeat,vt tribunus pl.fieri poſſit,idcirco adoptari? neq; id
obſcure:nã adoptatũ emancipari ſtatim,ne ſit eius filius,q adoptarit.cur ergo adoptaẽ? pro Emãcipari.
bate genus adoptionis.iam omnium ſacra interierunt,quorũ cuſtodes vos eſſe debetis: iam
patricius nemo relinquetur.cur enim quiſq̃ vellet tribunũ plebis ſe fieri non licere?anguſtio
rẽ ſibi eſſe petitionẽ cõſulatus,in ſacerdotiũ cũ poſſit venire:quia patricio nõ ſit locus,nõ ve
nire.vt cuiq; aliquid acciderit,quare cõmodius ſit eſſe plebeium,ſimili rõne adoptabiẽ. Itaq;
populus Ro.breui tẽpore,neq; Regem ſacrorũ, neq; Flamines,nec Salios habebit,nec ex pte
dimidia reliquos ſacerdotes,neq; auctores centuriatorꝫ,& curiatorũ comitiorum: auſpiciaq;
populi Ro.ſi magiſtratus patricii creati non ſint,intereant neceſſe eſt,cũ Interrex nullus ſit, Interrex pa
qđ & ipm patriciũ eſſe,& a patricio prodi neceſſe ẽ.Dixi apud põtifices,iſtã adoptionẽ nullo tricius.

decreto huius collegii ꝓbatā,contra oĩe pōtificiū ius factā,ꝓ nihilo eſſe habēdā.qua ſubla-
ta,intelligis totū Tribunatū tuū cōcidiſſe. Venio ad Augures.quorū ego libros,ſi q ſūt re
cōditi,non ſcrutor:nō ſum in exquirendo iure augurū curioſus:hęc quę vna cū populo di-
Seruatū de cælo.
dici,q̃ ſępe in cōcionibus reſponſa ſunt,noui.negant fas eſſe agi cū populo,cū de cælo ſerua-
tū ſit.quo die de te lex Curiata lata eſſe dicat̃,audes negare de cælo eſſe ſeruatū?adeſt ꝑſens
vir ſingulari virtute,cōſtātia,grauitate prędirus,M.Bibulus.hunc cōſulē illo ipſo die contē
do ſeruaſſe de cælo.Infirma ſunt igit̃ acta C.Cæſaris viri fortiſſimi?minime.neꝗ ēm mea iā
quicq̃ intereſt,exceptis his telis,quæ ex illius actionibus in meū corpus immiſſa ſunt.ſed hęc
de auſpiciis,quæ ego nūc ꝑbreuiter attingo,acta ſunt a te.tu tuo pręcipitante iam,& debi
litato Tribunatu,auſpiciorū patronus ſubito extitiſti: tu M.Bibulū in cōcione,tu augures
produxiſti:te interrogante augures reſpōderūt,cū de cælo ſeruatū ſit,cū populo agi nō poſ
ſe:tibi M.Bibulus quærenti,ſe de cælo ſeruaſſe reſpōdit:idēꝗ in cōcione dixit ab Appio fra-
tre tuo productus,te oīno,ꝙ cōtra auſpicia adoptatus eſſes,Tribunū pl.nō fuiſſe.Tua deni
ꝗ omnis actio poſterioribus mēſibus fuit:omnia quę C.Cęſar egiſſet,quę contra auſpicia eſ-
ſent acta,ꝑ ſenatū reſcindi oportere.qđ ſi fieret,dicebas te tuis humeris me cuſtodē vrbis ī
vrbem relaturū.Videte hominis amentiā.vbi ꝑ ſuū Tribunatū Cæſaris actis alligatꝰ tenere
tur ✱ Si & ſacrorū iure Pontifices,& auſpicioꝝ religione augures,totū vertunt tribunatū
tuū,quid quęris amplius?an etiā apertius aliqđ ius populi,atꝗ legū?Hora fortaſſe ſexta diei
queſtus ſum in iudicio,cū C.Antoniū Collegā meū defenderē,quędā de Rep.quæ mihi viſa
ſunt ad illius miſeri cauſam ꝑtinere.hęc hoīes improbi ad quoſdā viros fortes, lōge aliter
atꝗ a me dicta erant,detulerūt.hora nona illo ipſo die tu es adoptatus.ſi qđ in cæteris legi-
bus trinum nūdinū eſſe oportet,id in adoptione ſatis eſt,triū eſſe horarū:nihil reprehendo.
ſin eadē obſeruāda ſunt,decreuit ſenatus,M.Druſi legibus,q̃ cōtra legē Cęciliā,& Didiam la
tæ eſſent,populū nō teneri. Iam intelligis omni genere iuris,qđ in ſacris,qđ in auſpiciis,qđ
in legibus ſit,te tribunū pl.nō fuiſſe?Atꝗ ego hoc totū nō ſine cauſa relinquo.video.n.quoſ
Iure agere cū plebe.
dam clariſſimos viros,prīcipes ciuitatis,aliquot locis iudicaſſe,te cū plebe iure agere potuiſ
ſe.qui etiam de me ipſo,cū tua rogatione funere elatam Remp.eſſe dicerēt,tamē id funus,et
Funere elata Reſp.
ſi miſerū,atꝗ acerbum fuiſſet,iure indictū eſſe dicebāt.qđ de me ciue,ac de Rep.bene meri-
to tuliſſes,funeſtū funus te indixiſſe reip.qđ ſaluis auſpiciis tuliſſes,iure egiſſe dicebāt.qua-
re licebit,vt opinor,nobis eiꝰ actiōes nō īfirmare,qbꝰ illi actionibꝰ cōſtitutū Tribunatū tuū
cōprobauerūt.Fueris ſane tribunus pl.tā iure,q̃ lege,q̃ fuit hic ipſe Rullus vir oībus rebus
clariſſimꝰ,atꝗ ampliſſimus.quo iure,quo more,quo exēplo legē noīatim de capite ciuis in-
Leges ſacratę.
demnati tuliſti?vetant leges ſacratæ,vetant.XII.tabulę,leges priuatis hominibꝰ irrogari.id
Priuilegiū.
eſt ēm priuilegiū.nemo vnq̃ tulit,nihil eſt crudelius,nihil ꝑniciosiꝰ,nihil qđ minus hęc ciui
tas ferre poſſit.Proſcriptionis miſerrimū nomen illud,& oīs acerbitas Syllani tēporis qd ha
bet,qđ maxime ſit īſigne ad memoriā crudelitatis?opinor pœnā in ciues Romanos noīatim
ſine iudicio cōſtitutā.Hāc vos igit̃ Pōtifices iudicio,atꝗ auctoritate veſtra tribuno pl.pote
Proſcribere.
ſtatē dabitis?vt proſcribere poſſit,quos velit?quæro enim,quid ſit aliud ꝓſcribere:velitis,iu
beatis,vt M.Tullius in ciuitate ne ſit,bonaꝗ eius vt mea ſint?ita ēm fecit, etſi aliis verbis tu
lit.hoc plebiſcitū eſt?hæc lex?hęc rogatio ē?hoc vos pati poteſtis?hoc ferre ciuitas?vt ſingu-
Perfunctus ſum.
li ciues ſingulis verſiculis e ciuitate tollant̃?Eqdē iā ꝑfunctꝰ ſum,nullā vim,nullū impetū me
tuo,expleui aīos inuidorū,placaui odia improborū,ſaturaui etiā ꝑfidiā & ſcelus ꝑditoꝝ:de
niꝗ de mea cauſa,q̃ videbat̃ ꝑditis ciuibus ad inuidiā eſſe propoſita,iā oēs vrbes,oēs ordi
nes,oēs dii,atꝗ hoīes iudicauerūt.vobiſmetipſis Pont.& veſtris liberis,cęteriſꝗ ciuibꝰ ꝓ ve
Iudicia populi moderata.
ſtra auctoritate & ſapientia cōſulere debetis.nam cū tam moderata iudicia populi ſint a ma
ioribus cōſtituta:primū,vt ne pœna capitis cū ꝑcunia coniungat̃:deinde ne pro indicta die
quis accuſet̃:vt ter ante magiſtratus accuſet intermiſſa die,q̃ mulctam irroget ,aut iudicet:
quarta ſit accuſatio Trinū nūdinū,prodita die qua die iudiciū ſit futurū:cū multa etiam ad
placādū,atꝗ ad miſericordiā reis cōceſſa ſint:deīde exorabilis populus,facilis ſuffragatio ꝓ
ſalute:deniꝗ etiā, ſiqua res illū diē aut auſpiciis,aut excuſatione ſuſtulit,tota cauſa iudiciū
ꝗ ſublatū eſt.hæc cū ita ſint in re,vbi crimē eſt?vbi accuſator?vbi teſtes?qd īdigniꝰ?q̃ q neꝗ
adeſſe ſit iuſſus,neꝗ citatꝰ,neꝗ accuſatꝰ,de eius capite,liberis,fortunis oībus cōductos,& ſi
carios,egētes,& ꝑditos ſuffragiū ferre?& eā legē putare?At ſi hoc de me potuit,quē honos,
quē dignitas,quē cā,quē Reſp.tuebat̃,cuius deniꝗ ꝑcunia nō expetebat̃,cui nihil oberat prę

ter conuerſionẽ ſtatus,& inclinationẽ cõmuniũ temporũ:qd tandẽ futurũ eſt iis?quorũ vita
remota ab honore populari,& ab hac illuſtri gratia eſt?ꝑecunię autẽ tãtę ſunt,vt eas nimiũ
multi egẽtes,ſumptuoſi,nobiles cõcupiſcant? Date hãc tribuno pl.licentiã,& intuemini pau
liſꝑ animis iuuentutẽ,& eos maxime,qui imminere iam cupiditate videnť in tribunitiam
poteſtatẽ: collegia mediuſfidius tribunorũ pl. tota reꝑienť hoc iure firmato,q̃ coeant de
hominũ locupletiſſimorũ bonis,pręda p̄ſertim populari,& ſpe largitionis oblata. At quid
tulit legũ ſcriptor ꝑitus,callidus?velitis,iubeatis,vt M.Tullio aqua & ignis interdicatur?
crudele,nefariũ,ne in ſceleratiſſimo quidẽ ciue ferũdũ ſine iudicio.Nõ tulit vt interdicatur.
quid ergo?vt interdictũ ſit. O cœnũ,O portẽtũ,O ſcelus.hãc tibi legẽ Clodius ſcripſit ſpur
ciorum lingua ſua:vt interdictũ ſit,cui nõ ſit interdictũ.Sexte noſter bona venia,quoniã iam
dialecticus es,& hoc quoq; liguris:qđ factũ nõ eſt,vt ſit factũ,ferri ad populũ,aut verbis vl
lis ſanciri,aut ſuffragiis cõfirmari poteſt?hoc tu ꝓſcriptore,hoc cõſiliario,hoc miniſtro o
mnium nõ biꝑdũ ſolũ,ſed etiã quadruꝑdũ impuriſſimo,Remp.ꝑdidiſti.neq; tu eras tam
excors,tamq; demens,vt neſcires hũc Clodiũ eſſe,q cõtra leges faceret:& alios eſſe,q leges
ſcribere ſolerent.ſed neq; eorũ,neq; cęterorũ,in quibus eſſet aliqd modeſtię,cuiuſq̃ tibi pote
ſtas fuit.neq; tu legũ ſcriptoribus iiſdẽ potuiſti vti,qbus cęteri,neq; oꝑrũ architectis , neq;
Pontificẽ adhibere quẽ velles:poſtremo ne in prędę quidẽ ſocietate mancipẽ,aut prędonem
ſociũ,extra tuorũ gladiatorũ numerũ:aut deniq; ſuffragii latorẽ in iſta tua ꝓſcriptione quẽ
q̃ niſi furẽ,aut ſicariũ reꝑire potuiſti.Itaq; cũ tu florens ac potens ꝑ mediũ forũ popularis
volitares:amici illi tui te vno amico tecti & beati,q ſe populo cõmiſerant,ita reꝑllebantur,
vt etiã Palatinã tuã ꝑderẽt.q in iudiciũ venerãt,ſiue accuſatores erãt,ſiue rei,te deꝑcante
dãnabanť.deniq; ille nouiti9 Ligur,venalis aſcriptor & ſubſcriptor tu9,cũ M.Papirii ſui fra
tris eſſet teſtamẽto,& iudicio improbatus,mortẽ eius ſe velle ꝑſeq dixit:nomẽ Sexti Proꝑr
ti detulit:accuſare alienę dãnationis,ſceleriſq; ſocius ꝓpter calumnię metũ nõ eſt auſus. De
hac igitur lege dicimus,q̃ iure rogata videať:cuius quã qſq; partẽ tetigit,digito,voce,p̄da,
ſuffragio,quocũq; venit,repudiatus,cõuictuſq; diſceſſit.Quid?ſi his verbis ſcripta eſt iſta ꝓ
ſcriptio,vt ſe ipſa diſſoluat?eſt eñ,ꝙ M.Tullius falſum ſenatuſcõſultum retulerit.ſi igiť re
tulit falſum ſenatuſcõſultũ,tũ eſt rogatio.ſi nõ retulit,nulla eſt.ſatis ne tibi videť a ſenatu
iudicatum?me nõ modo nõ ementitũ eſſe auctoritatẽ eius ordinis,ſed etiã vnũ poſt vrbem
cõditã diligẽtiſſime ſenatui paruiſſe?Quot modis doceo legẽ iſtã,quã vocas,nõ eſſe legem?
quid?ſi etiam pluribus de rebus vno ſortitu retuliſti?tamẽ ne arbitraris,id qđ M.Druſus in
legibus ſuis pleriſq;,bonus ille vir,M.Scaurus,& L.Craſſus cõſularis non obtinuerint,id te
poſſe omniũ facinorum,& ſtuprorũ omniũ Decumis,& Clodiis auctoribus obtinere?Tuliſti de
me ne reciꝑrer,nõ vt exirẽ:quẽ tu ipſe nõ poteras dicere,nõ licere eſſe Romę.quid eñ dice
res?damnatũ?certe nõ.expulſum?qui licuit?ſed tamẽ ne id quidẽ eſt ſcriptũ,vt exirem.pœna
eſt,q receꝑrit.quã omnes neglexerũt.eiectio nuſq̃ eſt.verũ ſit.quid oꝑrũ publicorũ exactio?
quid nominis inſcriptio tibi?nũ aliud videtur eſſe,ac meorũ bonorũ direptio ? pręterq̃ ꝙ ne
id quidẽ ꝑ Legẽ Liciniã,vt ipſe tibi curationẽ ferres,facere potuiſti.Quid hoc ipſum,qđ nũc
apud Pont.agis?te meã domũ conſecraſſe,te monimentũ feciſſe,in meis ædibus te ſignũ de
dicaſſe,eaq; te ex vna rogatiũcula feciſſe?vnũ & idẽ videť eſſe,atq; id qđ de me ipſo nomina
tim tuliſti?tã hercule eſt vnum, q̃ qđ idem tu lege vna tuliſti,vt Cyprius Rex,cui9 maiores
huic populo ſocii,atq; amici ſemꝑ fuerũt,cũ bonis omnibus ſub pręcone ſubiiceret,& exu
les Byzantiũ reducerent.Eidẽ inqt vtraq; de re negotiũ dedi.ſed qd ſi eidẽ negotiũ dediſſet?
vt ſi in Aſia Ciſtophorũ flagitaret:inde iret in Hiſpaniã:cũ Romę deceſſiſſet,cõſulatũ ei ꝑe
tere liceret:cũ factus eſſet,ꝓuinciã Syriã obtineret:quoniã de vno homine ſcriberet,vna res
eſſet?Q; ſi iam populus Ro. de iſta re conſultus eſſet,& nõ oĩa ꝑ ſeruos latroneſq; geſſiſſes,
nonne fieri poterat,vt populo de Cyprio Rege placeret,de exulibus Byzantiis diſpliceret?q̃
eſt quaſi alia vis,quę ſententia Cęcilię legis,& Didiæ,niſi hęc?ne populo neceſſe ſit in coniũ
ctis rebus cõpluribus,aut id qđ nolit,accipere,aut id quod velit repudiare?Quid ſi ꝑ vim tu
liſti?tamẽ ne lex eſt?aut quicq̃ iure geſtũ videri poteſt,qđ ꝑ vim geſtum eſſe conſtet?an ſi in
ipſa latione tua capta iam vrbe lapides iacti,ſi manus collata nõ eſt,idcirco tu ad illam labẽ
atq; eluuiem ciuitatis ſine ſumma vi ꝑuenire potuiſti?cum in tribunali Aurelio conſcribe
bas palam,non modo liberos,ſed etiam ſeruos ex omnibus vicis concitatos:vim tum videli
cet non parabas?cum edictis tuis tabernas claudi iubebas,non inde vim imꝑitę multitudi

Aqua & ignis inter dicatur.

Scomma.

Palatina.

Sortitu vno.

Deceſſiſſet Romę.

nis,ſed hominũ honeſtorum modeſtiam prudentiãqꝫ quęrebas?cum arma in ædem Caſtoris
comportabas,nihil aliud,niſi vti ne quid ꝑ vim agi poſſet,machinabare?cum vero gradus
Caſtoris conuelliſti,ac remouiſti,tũ vt modeſte tibi agere liceret,homines audaces ab eius
templi aditu,atqꝫ aſcenſu repuliſti?cũ eos,qui conuentu virorũ bonorũ verba de ſalute mea
fecerãt,adeſſe iuſſiſti:eorũqꝫ aduocationẽ,manibus,ferro,lapidibus diſcuſſiſti:tũ ꝓfecto oſtẽ
diſti vim tibi maxime diſplicere?Verũ hæc furioſa vis veſani tribuni pl.facile ſuperari,fran-
giqꝫ potuit virorũ bonorũ vel virtute,vel multitudine.quid?cũ Gabinio Syria dabatur,Ma
cedonia Piſoni,vtriqꝫ infinitũ imperiũ,ingens ꝑcunia,vt tibi omnia ꝑmitterẽt:te adiuua-
rẽt:tibi manũ,copias,tibi ſuos paratos centuriones,tibi ꝑcunias,tibi familias compararẽt:
te ſuis ſceleratis concionibus ſubleuarẽt: ſenatus auctoritatem irriderent:equitibus Rom.
mortem proſcriptionẽqꝫ minitarent: me terrerent minis:mihi cędẽ,& dimicationem denun
ciarent:meam domũ refertam viris bonis ꝑ amicos ſuos complerent:proſcriptionis metu
me frequentia nudarẽt:virorũ bonorũ me pręſidio ſpoliarent:ſenatum ꝓ me non modo ꝓ-
pugnare,ampliſſimum ordinem,ſed etiam plorare & ſupplicare mutata veſte ꝓhiberent:ne
tũ quidẽ vis erat?quid igit̃ ego geſſi?aut q̃ timor fuit?non dicã in me quidem:fac me timidũ
eſſe natura.quid illa tot virorũ fortiſſimorũ millia?quid illi Equites Romani?quid Senatus?
qd deniqꝫ omnes boni?ſi nulla vis erat,cur me flentes potius ꝓſecuti ſunt,q̃ aut increpãtes

Timebam vt poſſem.

retinuerũt?aut irati reliquerũt?An hoc timebã,ſi mecũ ageret̃ more,inſtitutoqꝫ maiorũ,vt
poſſem pręſens ſuſtinere?vtrũ ſi dies dicta eſſet, iudiciũ mihi fuit ꝑtimeſcẽdũ?an ſine iudi

Priuilegiũ.

cio priuilegiũ?iudiciũ?in cauſa tã turpi ſcilicet homo , q̃ etiã ſi cauſa eſſet ignota,dicẽdo nõ
poſſem explicare?an eam cauſam ꝓbare nõ poterã?cuius tanta bonitas eſt,vt ea ipſa nõ mo-
do ſe,ſed etiã me abſentẽ ꝑ ſe ꝓbarit.an Senatus?an ordines?an ii,qui cuncta ex Italia ad me
reuocandũ cõuolauerũt,ſegniores me pręſente ad me retinendũ,& cõſeruãdum fuiſſent,in
ea cauſa,quã ipſe iã parricida talẽ dicat fuiſſe,vt me ab oĩbus ad meã priſtinã dignitatẽ expe
ctatum atqꝫ reuocatũ querat̃?an vero in iudicio,ꝑiculi nihil fuit?priuilegium ꝑtimui?ne

Inops ab amicis.

mihi præſenti ſi mulcta irrogaretur, nemo intercederet?tam inops aut eram ab amicis ? aut

Nuda a magiſtratibus.

tam nuda Reſp.a magiſtratibus?qd?ſi vocatę Tribus eſſent,ꝓſcriptionẽ nõ dicam in me,ita
de ſua ſalute merito,ſed omnino in vllo ciue cõprobauiſſent?An ſi ego ꝓ̃ſens fuiſſem, vete-
res illę copię coniuratorũ,tuiqꝫ ꝑditi milites,atqꝫ egentes,& noua vis ſceleratiſſimorũ cõ
ſulum,corpori meo ꝑperciſſent?q̃,cũ eorũ omniũ crudelitati ceſſiſſem,ne abſens quidẽ luctu
meo mẽtes illorũ ſatiare potui. Quid.n.vos vxor mea miſera violarat?quã vexauiſtis,rapta
uiſtis,omni crudelitate laceraviſtis.quid filia?cuius fletus aſſiduus,ſordeſqꝫ lugubres,vo-
bis erant iucũdę,cęterorũ omniũ mentes oculoſqꝫ flectebãt.quid paruus filius?quẽ q̃diu ab

Confectus.

fui,nemo niſi lachrymãtẽ,confectũqꝫ vidit:quid fecerat?ꝙ eum toties ꝑ inſidias interficere
voluiſtis?qd frater meus?qui cũ aliquãto poſt meũ diſceſſum ex prouincia veniſſet, neqꝫ ſibi
viuẽdũ,niſi me reſtituto putaret:cũ eiꝰ mœror,ſqualor incredibilis,& inauditꝰ oĩbꝰ mortali
bus miſerabilis videbat̃:quoties ex veſtro ferro ac manibꝰ eſt elapſus?Sed qd ego veſtrã crude
litatẽ expromo,quã in ipſum me ac meos adhibuiſtis?q̃ parietibus,q̃ tectis,q̃ columnis,ac po
ſtibꝰ meis horrificũ q̃ddam,& nefariũ omni imbutũ odio bellũ intuliſtis?nõ eñ te arbitror,
cũ poſt meũ diſceſſum omniũ locupletũ fortunas,omniũ ꝓuinciarũ fructus,& Tetrarcharũ
ac Regum bona,ſpe & auaritia deuoraſſes,argenti & ſupellectilis meæ cupiditate eſſe cæca-
tum:non exiſtimo Campanum illum conſulem cũ ſaltatore Collega, cum alteri totã Acha-
iam,Theſſaliam,Bœotiam,Gręciam,Macedoniam,omnẽqꝫ barbariam,bona ciuium Ro.con
donaſſes:alteri Syriam,Babylonem,Perſas,integerrimas, pacatiſſimaſqꝫ gentes ad diripien
dum tradidiſſes:illos tam cupidos liminum meorũ, & columnarum,& valuarum fuiſſe.ne-
qꝫ porro illa manus,copiæqꝫ Catilinæ,cæmentis,ac tegulis meorum tectorum ſe famẽ ſuam
expleturas putauerũt.ſed vt hoſtiũ vrbes,nec oĩm hoſtiũ,verũ eorũ q̃buſcũ acerbũ bellũ in-
teſtinumqꝫ ſuſcepimus,non præda adducti,ſed odio ſolemus excidere:ꝙ in quos propter eo
rum crudelitatem inflammatę mentes noſtrę fuerunt: cum horum etiã tectis ac ſedibus re
ſidere aliq̃d bellum ſemper videretur.Nihil erat latũ de me:non adeſſe eram iuſſus: nõ cita
tus affuerã:erã etiã tuo iudicio ciuis incolumis:cũ domꝰ in Palatio, villa in Tuſculano , al
tera ad alterum conſulẽ transferebatur:Senatum conſules vetabant:columnæ marmoreę ex
ædibus meis inſpectante populo Ro.ad ſocerum conſulis portabantur:in fundum autem vi
cini conſulis non inſtrumentum,aut ornamenta aulę,ſed etiam arbores tranſferebantur: cũ

ipſa villa nō prędę cupiditate:qd em̄ erat prędę?ſed odio,& crudelitate funditus euerteret:
domus ardebat in Palatio nō fortuito,ſed oblato incendio:Cōſules epulabant,& in cōiura-
torum gratulatione verſabant,cū alter ſe Catilinæ delitias,alter Cethegi conſobrinū fuiſſe
diceret.Hanc ego vim pontifices,hoc ſcelus,hūc furorē,meo corpore oppoſito a bonorum
omniū ceruicibus depuli:omnēq; impetū diſcordiarū,omnē diu collectā vim improborū, q̄
inueterata cōpreſſo odio,atq; tacito iā erumpebat in actū,tā audaces duces excepi meo cor
pore:in me vno conſulares faces iactę manibus Tribunitiis:in me omnia quę ego quondam
retuderā cōiurationis nefaria tela adheſerūt.Q₂,ſi vt multis fortiſſimis placuit,vi & armis
contra vim decertare voluiſſem:aut viciſſem cū magna internicione improborū,ſed tamen
ciuium:aut interfectis bonis oībus,qđ illis optatiſſimū erat,vna cū rep.cōcidiſſem.Videbā
viuo Senatu populoq; Ro.celerē mihi ſumma cū dignitate reditū:nec intelligebā fieri diu-
tius poſſe,vt mihi nō liceret eſſe in ea Republica,quā ipſe ſeruaſſem.qđ ſi nō liceret,audierā
& legerā clariſſimos noſtrę ciuitatis viros,ſe in medios hoſtes ad ꝑſpicuā mortē ꝓ ſalute ex
ercitus inieciſſe.ego ꝓ ſalute Reip.vniuerſę dubitarē?hoc meliore conditione,q̄ Decius,ꝙ il
le ne auditor quidē ſuę glorię,ego etiā ſpectator meę laudis eſſe potuiſſem.itaq; infractus fu Infractus.
ror tuus, inanes faciebat impetus.omnē em̄ vim omniū ſceleratorū acerbitas mei caſus exce
ꝑerat.non erat in tā immani iniuria,tantiſq; ruinis nouę crudelitati locus.Cato fuerat ꝓxi-
mus.quid ageres?nō erat,vt q modus oībus moribus fuerat,idē eſſet iniurię.quid?poſſes ex-
trudere ad Cypriā pecuniā. prędā ꝑierit.alia nō deerit.hunc modo amādandū eſſe.Sic M. ✳
Cato inuiſus quaſi ꝑ beneficiū Cyprū relegat. eiiciūt duo,quos improbi videre nō poterāt: Cyprū relegatur.
alter ꝑ honorē turpiſſimū,alter ꝑ honeſtiſſimā calamitatē.Atq; vt ſciatis nō hoībus iſtū
ſed virtutibus hoſtē ſemꝑ fuiſſe,me expulſo,Catone amādato,in eū ipſum ſe conuertit,quo
auctore,quo adiutore,in cōcionibus,ea,q̄ gerebat oīa,q̄q; geſſerat,ſe feciſſe,& facere dicebat
Cn.Pompeiū,quem omnium iudicio longe principem eſſe ciuitatis videbat , diutius furori
ſuo veniam daturum non arbitrabatur.qui ex eius cuſtodia ꝑ inſidias Regis amici filium
hoſtem captiuum ſurripuiſſet , & ea iniuria virum fortiſſimum laceſſiſſet,ſꝑauit iiſdem
ſe copiis cum illo poſſe confligere,quibuſcum ego noluiſſem bonorū ꝑiculo dimicare.&
primo quidem adiutoribus cōſulibus.poſtea fregit fœdus Gabinius.Piſo tamen in fide man
ſit.quas iſte tum cædes,quas lapidationes,quas fugas fecerit,q̄ facile ferro, quotidianiſq; in
ſidiis, cū iā a firmiſſimo robore copiarū ſuarū relictus eſſet,Cn.Pompeiū foro,curiaq; priua
rit, domūq; conieceꝛit,vidiſtis.ex quo iudicare poteſtis,quāta vis illa fuerit oriens,& cōgre
gata,cū hęc Cn.Pompeiū terruerit iā diſtricta,& extincta.Hoc vidit in ſentētia dicēda Cal.
Ianuarii vir prudētiſſimus,& cum Reipublicę,tū mihi,tū etiā veritati amiciſſimus,L.Cot-
ta,q legē de meo reditu ferendā nō cēſuit:q me cōſuluiſſe reipublicę,ceſſiſſe tēpeſtati, amici
orem vobis,cęteriſq; ciuibus,q̄ mihi ac meis extitiſſe:vi,armis,diſſenſione hominū, & cædē
inſtitutā,nouoq; dominatu pulſum eſſe dixit.nihil de meo capite potuiſſe ferri,nihil eſſe in
ſcriptū,aut poſſe valere:omnia contra leges,moreſq; maiorū temere,turbulente,ꝑ vim, ꝑ
furorē eſſe geſta.ꝙ ſi illa lex eſſet,nec referre ad ſenatū cōſules,nec ſententiā dicere ſibi, lice
re,quorū vtrūq; cū fieret,nō oportere,vt de me lex ferretur,decerni:ne illa,q̄ nulla eſſet,eſſe
lex iudicaretur. Sentētia verior,grauior,vtilior,melior reipublicę nulla eſſe potuit.hominę
enim ſcelere,& furore notato,ſimilis a republica labes in poſterū dimouebat. Neq; hoc Cn.
Pompeius,q ornatiſſimā de me ſententiā dixit,voſq; pōtifices,q me veſtris ſentētiis,auctori
tatibuſq; defendiſtis,nō vidiſtis,illā eſſe nullā,atq; eſſe potius flāmā tēporis,interdictū ſcele
ris,vocē furoris:ſed ꝓſpexiſtis nequa popularis in vos aliquando inuidia redundaret,ſi ſine
populi iudicio,reſtituti videremur.eodemq; conſilio M.Bibuli fortiſſimi viri ſenatus ſenten
tiā ſecutus eſt,vt vos de mea domo ſtatueretis:nō ꝙ dubitaret,quin ab iſto nihil legib⁹,ni-
hil religionibus,nihil iure eſſet actū,ſed ne quis oriretur aliquādo in tāta vbertate impro- Vbertas
borum,q in meis ædibus aliquā religionē reſidere diceret.nā legē quidē iſtā nullā eſſe,quo- improborū
tieſcunq; de me ſenatus ſententiā dixit,toties iudicauit,quoniā quidē ſcripto illo iſtius,ſen-
tentiā dicere vetabat.Atq; hanc rē par illud ſimile Piſo & Gabinius vidit.homines legū,iu Metuentes
diciorumq; metuētes,cū frequētiſſimus ſenatus eos,vt de me referrēt,quotidie flagitaret,nō iudiciorū.
ſe rem improbare dicebāt,ſed lege iſtius impediri.erat hoc verū.nā impediebant,verū ea le-
ge,quā idē iſte de Macedonia,Syriaq; tulerat.Hanc tu P.Lentule neq; priuatus,neq; Conſul
legem eſſe vnq̄ putaſti.nam tribunis pl.referentibus,ſententiā de me deſignatus Conſul ſæ-

ꝑe dixiſti:ex Calē.Ianuarii,quoad ꝑfecta res eſt,de me retuliſti,legem promulgaſti, tuliſti:
quorum tibi,ſi eſſet illa lex,nihil liceret.At etiam Q.Metellus,collega tuus,vir clariſſimus,
quā legē eſſe homines alieniſſimi a P.Clodio iudicarēt,Piſo,& Gabinius,eā nullā eſſe frater
P.Clodii,cū de me ad Senatū tecū vna retulit,iudicauit.Sed iſti,q Clodii leges timuerūt,quē
admodum cęteras obſeruarunt?Senatus quidē,cuius eſt grauiſſimū iudiciū de iure legum,
quotieſcūq; de me cōſultus eſt,toties eā nullam eſſe iudicauit.qđ idem tu Lentule vidiſti in
ea lege,quā de me tuliſti.nā non eſt ita latū,vt mihi Romā venire liceret,ſed vt venirē.non
enim voluiſti id,qđ licebat, ferre vt liceret,ſed me ita eſſe in republica,magis vt acceſſitus
imꝑio populi Ro.viderer,q̄ ad adminiſtrādā ciuitatē reſtitutus.Hūc tu etiā ꝑnicioſa ꝑe
ſtis exulē appellare auſus es?cū tātis ſceleribus eſſes,& factis notatus,vt oēm locū,quo adiſ-
Exul.
ſes,exilii ſimillimū redderes?quid eſt eñ exul?ipſum ꝑ ſe nomē calamitatis,nō turpitudinis.
quādo igiť eſt turpe?re vera,quādo eſt pœna ꝑccati:opinione autē hominū,ſi eſt pœna da-
mnati.Vtrū igiť ꝑccato meo exulis nomē ſubeo?an re iudicata?ꝑccato iā neq; tu id dicere
audes,quē iſti ſatellites tui felicē Catilinā nominant,neq; qſq̄ eorū q ſolebāt.nō modo iā ne
mo eſt tā imꝑitus,q ea,q̄ geſſi in cōſulatu,ꝑccata eſſe dicat,ſed nemo eſt tā inimicus pa-
trię,q nō meis cōſiliis patriā cōſeruatā eſſe fateať.qđ eñ eſt in terris cōmune tātū, tātulūve
cōſiliū,qđ nō de meis rebus geſtis ea,q̄ mihi eſſent optatiſſima & pulcherrima,iudicarit?Sū
mū eſt populi Ro.populorūq;,& gētiū oīm,ac regū conſiliū,ſenatus.decreuit,vt oēs,q Rēp.
ſaluā eſſe vellēt,ad me vnū defendēdū venirēt:oſtenditq; nec ſtare potuiſſe Rēpublicā,ſi ego
nō fuiſſem reſtitutus:nec futurā eſſe vllā,ſi nō rediiſſem.Proximus eſt huic dignitati ordo
Equeſter:oēs omniū publicanorū ſocietates de meo cōſulatu,ac de meis rebus geſtis ampliſ
ſima atq; ornatiſſima decreta fecerūt.Scribę,q nobiſcū in rationibus,monimentiſq; publicis
verſanť,nō obſcurū de meis in Rēp.beneficiis ſuū iudiciū decretūq; eſſe voluerunt.nullū eſt
Pagani.
in hac vrbe collegiū,nulli pagani,aut mōtani,quoniā plebi quoq; vrbanę mores cōuēticula
& quaſi cōcilia q̄dā eſſe voluerūt,q nō ampliſſime nō modo de ſalute mea,ſed etiā de digni-
tate decreuerint.Nā qd ego illa diuina,atq; immortalia municipiorū,& coloniarū,& totius
Italię decreta cōmemorē?qbus tāq̄ gradibus mihi videor in cęlū aſcendiſſe,nō ſolū in patri
am reuertiſſe.Ille vero dies qs fuit?cū te P.Lētule legē de me ferētē populus Roman⁹ vidit,
ſenſitq; quātus,& quāta dignitate eſſes.cōſtat eñ nullis vnq̄ comitiis cāpū Martiū tāta ce-
lebritate,tāto ſplēdore oīs generis hoīm,ętatū,ordinū floruiſſe.Omitto ciuitatū,nationum,
ꝓuinciarū,regū,orbis deniq; terrarū,de meis in oēs mortales meritis vnū iudiciū, vnūq; cō
Ciceronis reditus ab exilio.
ſenſum.aduētus meus,atq; introitus in vrbē q fuit?vtrū me patria ſic accepit,vt lucē ſalutē
q; redditā ſibi,ac reſtitutā accipere debuit?an vt crudelē Tyrānū?qđ vos Catilinę gregales,
de me dicere ſolebatis.Itaq; ille vnus dies,quo me populus Ro.a porta in Capitoliū,atq; in
de domum ſua celebritate,lętitiaq; comitatum honeſtauit,tantę mihi iucūditati fuit,vt tua
mihi conſcelerata illa vis non modo non propulſanda,ſed etiam emēda fuiſſe videatur.qua
Calamitas.
re illa calamitas(ſi ita eſt appellanda)excuſſit hoc genus totum maledicti , ne quiſq̄ audeat
iam reprehendere conſulatum meum,tot,tantis,tā ornatis iudiciis,teſtimoniis,auctoritati-
bus cōprobatū.Q; ſi in iſto tuo maledicto ꝓbrū nō mō mihi nullū obiectas,ſed etiā laudē il
luſtras meā,qd te aut fieri aut fingi demēti⁹ pōt?vno eñ maledicto bis a me patriā ſeruatā
eē cōcedis.ſemel,cū id feci,qđ oēs nō negēt immortalitati,ſi fieri pōt,mādādū,tu ſupplicio
puniēdū putaſti.iterū,cū tuū,multorūq;,ꝓpter te inflāmatū in bonos oēs imꝑtū meo corpo
re excepi:ne eā ciuitatē,quā ſeruaſſem inermis,armat⁹ in diſcrimē adducerē.Eſto,nō fuit in
me pœna vlla ꝑccati,at fuit iudicii.cuius?qs me vnq̄ vlla lege interrogauit ? qs poſtulauit?
qs diē dixit?Pōt igiť dānati pœnā ſuſtinere indēnatus?hoc Tribunitiū eſt?hoc populare eſt?
q̄q̄ vbi tu te popularē, niſi cū ꝓ populo feciſti,potes dicere?Sed cū hoc iuris a maiorib⁹ ꝓ
Ciuitatem aut libertate nemo amittit inuitus.
ditū ſit,vt nemo ciuis Ro.aut libertatē,aut ciuitatē poſſit amittere,niſi ipſe auctor fact⁹ ſit.
qđ tu ipſe potuiſti in tua cauſa diſcere.credo eñ,q̄q̄ in illa adoptiōe legitime factū eſt nihil,
tamen te eſſe interrogatū,auctor ne eſſes,vt in te P.Fonteius vitę,neciſq; poteſtatē haberet
vt in filio.quęro ſi aut negaſſes,aut tacuiſſes,ſi tamē id.XXX.curię iuſſiſſent,nū id iuſſum
eſſet ratū?certe non.quid ita?q̄a ius a maioribus noſtris,q nō ficte,& fallaciter populares,ſed
vere,& ſapiēter fuerūt,ita cōparatū eſt,vt ciuis Ro.libertatem nemo poſſet inuitus amitte
re.quin etiā ſi Decemuiri ſacramentū,in libertatem iniuſtum iudicaſſent, tamē quotieſcun
q; vellet quis,hoc in genere ſe rem iudicatam referre poſſe voluerunt .Ciuitatē vero nemo

vnq̄ vllo populi iuſſu amittet inuitus. Qui ciues Romani in colonias latinas ꝓficiſcebātur,
fieri nō poterant Latini, qui nō erāt auctores facti, nomēq; dederant. qui erant rerū capitaliū
condemnati, non prius hanc ciuitatē amittebāt, q̄ erant in eā recepti, quo vertendi, hoc eſt
mutandi ſoli cauſa venerant. id autē vt eſſet faciundū, nō adēptione ciuitatis, ſed tecti, & aq̄
& ignis interdictione faciebāt. Populus Romanus L. Sylla dictatore ferente, comitiis centu-
riatis, municipiis ciuitatē ademit, hiſdē agros. de agris ratū eſt (fuit em̄ populi poteſtas) de
ciuitate, ne tandiu quidē valuit, q̄diu illa Syllani tēporis arma valuerunt. Hanc vero Vola-
terranis, cū etiā tū eſſent in armis, L. Sylla victor republica recuperata comitiis centuriatis
ciuitatē eripere nō potuit; hodieq; Volaterrani nō modo ciues, ſed etiā optimi ciues, fruun
tur nobiſcum ſimul hac ciuitate. Conſulari homini P. Clodius euerſa rep. ciuitatē adimere
potuit, concilio aduocato, cōductis operis non ſolū egentiū, ſed etiā ſeruorū, Sedulio princi
pe? qui ſe illo die confirmauit Romę nō fuiſſe. ꝙ ſi non fuit, qd te audacius? qui in eius nomē
incideris? quid deſperatius? qui ne ementiendo quidē potueris auctorē adumbrare meliorē?
ſin autē is primus ſciuit, qđ facile potuit ꝑpter inopiā tecti in foro pernoctans, cur nō iuret
ſe Gadibus fuiſſe, cū tu te fuiſſe Interamnę ꝓbaueris? Hoc tu igit̄ homo popularis iure mu
nitam ciuitatē, & libertatē noſtrā putas eſſe oportere? vt ſi tribuno pl. rogant̄e, velitis, iubea
tis ne, Sedulii centū ſe velle & iubere dixerint, poſſit vnuſquiſq; noſtrū amittere ciuitatem?
Tum igit̄ maiores noſtri populares nō fuerūt, q de ciuitate, & libertate ea iura ſanxerunt, q̄
nec vis temporū, nec potentia magiſtratuū, nec res iudicata, nec deniq; vniuerſi populi Ro.
poteſtas, quę cęteris in rebus eſt maxima, labefactare poſſit. at tu etiā ereptor ciuitatis, legē
de iniuriis publicis tuliſti Anagnino neſcio cui Menulę per gratiā, q tibi ob eam legem ſta-
tuam in meis ædibus poſuit, vt locus ipſe in tua tanta iniuria legē, & inſcriptionem ſtatuæ
refelleret. quę res municipibus Anagninis ornatiſſimis multo maiori dolori fuit, q̄ quę ille
gladiator ſcelera Anagnię fecerat. Quid? ſi ne ſcriptum quidē vnq̄ eſt in iſta ipſa rogatione
quā ſe Sedulius negat ſciuiſſe, tu huius vt acta tui pręclari Tribunatus hoīs dignitate ho-
neſtes, auctoritatē amplecteris? Sed tamē ſi nihil de me tuliſti, quo minus eſſem nō modo in
ciuium numero, ſed etiā in eo loco in quo me honores populi Ro. collocauerūt, tamē ne eū
tua voce violabis? quē poſt nefariū ſcelus conſulū ſuperiorū, tot vides iudiciis Senatus, po-
puli Romani, totius Italię honeſtatū? quē ne tum quidē, cū aberam, negare poteras eſſe tua
lege Senatorē? vbi enim tuleras, vt mihi aqua, & ignis interdiceret̄? qđ Gracchus de P. Popi-
lio, Saturninus de Metello tulit. homines ſeditioſiſſimi de optimis, ac fortiſſimis ciuibus, nō
vt eſſet interdictū, qđ ferri non poterat, tulerūt, ſed vt interdiceret̄. vbi cauiſti, ne meo me lo
co Cenſor in Senatū legeret? qđ de omnib⁹, etiam quibuſdam damnatis interdictum eſt, ſcri
ptum eſt in legibus. Quęre hoc ex Clodio ſcriptore legum tuarū. iube adeſſe. latitat omni-
no. ſed ſi requiri iuſſeris, inuenient hominē apud ſororē tuā occultantem ſe capite demiſſo.
Sed ſi patrem tuū ciuē mediuſfidius egregiū, diſſimilē veſtri, nemo vnq̄ ſanus exulē appella
uit, qui cū de eo tribunus pl. promulgaſſet, adeſſe ꝑpter iniquitatē illius Cinnani temporis
noluit, eiq; imperiū eſt abrogatū: ſi in illo pœna legitima turpitudinē non habuit ꝑpter vim
temporū: in me, cui dies dicta nō eſt, q reus non fui, q nūq̄ ſum a tribuno pl. citatus, damnati
pœna eſſe potuit? ea præſertim, q̄ ne in ipſa quidē rogatione ꝓſcripta eſt. At vide qd interſit
inter illū iniquiſſimū patris tui caſum, & hāc fortunā, cōditionēq; noſtrā. patrē tuū ciuē opti
mum clariſſimi viri filiū, q, ſi viueret, qua ſeueritate fuit, tu ꝑfecto non viueres, L. Philippus
cenſor auunculū ſuū p̄teriit in recitando ſenatu. nihil em̄ poterat dicere, quare rata non eſ
ſent, q̄ erant acta in ea republica, in qua ſe illis ipſis tēporibus Cenſorem eſſe voluiſſet. me L.
Cotta homo Cenſorius, in ſenatu iuratus dixit: ſe, ſi Cenſor tū eſſet, cū aberā, meo loco Sena
torem recitaturū fuiſſe. quis in meū locū iudicē ſubdidit? quis meorū amicorū teſtamentum
diſceſſu meo fecit, q mihi nō idē tribuerit, qđ & ſi adeſſem? quis me nō modo ciuis, ſed ſoci⁹
recipere contra tuā legē & iuuare dubitauit? deniq; vniuerſus ſenatus multo ante, q̄ eſt lata
lex, de me gratias agēdas cenſuit ciuitatibus iis, q M. Tulliū tantū ne? immo etiā ciuē optime
de Rep. meritū recepiſſent. & tu vnus peſtifer ciuis, eū reſtitutū negas eſſe ciuē, quē eiectum
vniuerſus ſenatus nō modo ciuē, ſed egregiū ciuē ſemp putauit. At vero vt annales populi
Ro. & monimēta vetuſtatis loquunt̄, cenſor ille Quintius, & M. Furius Camillus, & M. Ser-
uilius, cū eſſent optime de Rep. meriti, tamē populi incitati vim iracūdiāq; ſubierūt: dānati
q; comitiis centuriatis cū in exiliū ꝓfugiſſent, rurſus ab eodem populo placato ſunt in ſuā

Dare nomen.

Vertere ſolum.

Quęre ex Clodio.

priſtinam dignitatē reſtituti.Q; ſi iis damnatis nõ modo nõ imminuit calamitas clariſſimi
nominis gloriã,ſed etiã honeſtauit(nã etſi optabilius eſt,curſum vitę conficere ſine dolore,
& ſine iniuria,tamē ad immortalitatē glorię plus affert deſideratũ eſſe a ſuis ciuibus,q̃ omi
no nunq̃ eſſe violatũ)mihi ſine vllo iudicio populi ꝑfecto,tũ ampliſſimis omniũ iudiciis re
ſtituto,maledicti locũ aut criminis obtinebit?Fortis & cõſtans in optima ratione ciuis Popi
lius ſemp fuit.tamen eius in omni vita nihil eſt ad laudē illuſtrius,q̃ calamitas ipſa.quis em̃
iã meminiſſet eũ bene de Rep.meritũ,niſi & ab improbis expulſus eſſet,& p bonos reſtitutꝰ?
Q.Metelli pręclarũ imperiũ in re militari fuit,egregia Cenſura,oĩs vita plena grauitatis: ta
men huius viri laudē ad ſempiternã memoriã tēporis calamitas ꝓpagauit.Q; ſi & illis, qui
expulſi ſunt inique,ſed tamē legibus,reducti inimicis interfectis,rogationibus Tribunitiis,
non auctoritate ſenatus,non comitiis centuriatis,nõ decretis Italię,nõ deſiderio ciuitatis,
inimicorũ iniuria probro nõ fuit:in me,qui ꝑfectus ſum integer,abſui ſimul cũ republica,di
cam maxima cũ dignitate,te viuo,fratre tuo altero cõſulari reducēte,altero Pretore petēte,
tuum ſcelus meũ ꝓbrum putas eſſe oportere?Ac ſi me populus Ro.incitatus iracundia aut
inuidia e ciuitate eieciſſet,ideq; poſtea mea in Remp.beneficia recordatus ſe collegiſſet, te-
meritatem,atq; iniuriã ſuã reſtitutione mea reprehēdiſſet,tamē ꝑfecto nemo tã eſſet amens,
qui mihi populi tale iudiciũ nõ dignitati potius,q̃ dedecori putaret eſſe oportere.nũc vero
cũ me in iudiciũ populi nemo omniũ vocarit:cõdēnari nõ potuerim,q accuſatus nõ ſim:de-
niq; ne expulſus quidē ita ſim,vt ſi cõtēderē,ſuperare nõ poſſem:cõtraq; a populo Ro.ſemp
ſim defenſus,amplificatus,ornatus:qd eſt?quare qſq̃ mihi ſe ipſa populari ratione antepo-
nat?An tu populũ Romanũ eſſe illũ putas,q cõſtat ex iis,q mercede cõducunt?q impellunt,
vt vim afferãt magiſtratibus?vt obſideãt ſenatũ?optent quotidie cędē,incēdia,rapinas? quē
tu tamē populũ niſi tabernis clauſis frequētare nõ poteras:cui populo duces Lentidios, Lol
lios,Sergios,ꝓfeceras.O ſpeciē dignitateq; populi Ro.quã Reges,quã nationes extere,quam
gētes vltimę ꝑtimeſcũt:multitudinē hoĩm ex ſeruis cõductis,ex facinoroſis,ex egētibꝰ cõgre
gatam.Illa fuit pulchritudo populi Ro.illa forma,quã in cãpo vidiſti tũ,cũ etiã tibi contra
Senatꝰ,totiuſq; Italię auctoritatē & ſtudiũ,dicēdi poteſtas fuit:ille populus eſt dñs regũ, vi
ctor,atq; imperator oĩm gētiũ,quē illo clariſſimo die ſcelerate vidiſti,tũ,cũ oēs principes ci-
uitatis,oēs ordinũ,atq; ætatũ omniũ,ſuffragiũ ſe nõ de ciuis,ſed de ciuitatis ſalute ferre cē
ſebãt:cũ deniq; hoīes in cãpũ nõ tabernis,ſed municipiis clauſis venerũt.hoc ego populo,ſi
tũ Cõſules aut fuiſſent in Rep.aut oĩno nõ fuiſſent,nullo labore,tuo ꝑcipiti furori,atq; im-
pio ſceleri reſtitiſſem.ſed publicã cauſam cõtra vim armatã,ſine populi ꝓſidio ſuſcipere no-
Vis itima. lui:nõ quo mihi P.Scipionis fortiſſimi viri vis intima priuati hoīs diſpliceret:ſed Scipionis
factũ ſtati P.Mutius Cõſul,q in gerēda Rep.putabat̃ fuiſſe ſegnior geſta,multis ſenatuſcõſul
tis,nõ modo defendit,ſed etiã ornauit.mihi aut te interfecto,cum cõſulibus:aut te viuo,&
tecũ,& cũ illis armis decertãdũ fuit.erãt eo tēpore multa etiã alia metuēda.ad ſeruos medi
uſſidius res ꝑueniſſet. tãtũ hoīes impios ex vetere illa cõiuratione inuſtũ nefariis mentibus
bonorũ odiũ retinebat.Hic tu me etiã gloriari vetas:negas eſſe ferenda quæ ſoleam de me
prędicare:& homo facetus inducis etiã ſermonē vrbanũ,ac venuſtũ:me dicere ſolere,eſſe me
Iouem:eundē dictitare Mineruã eſſe ſororē meã.nõ tã inſolēs ſum,q Iouē eſſe me dicã:nõ tã
ineruditus,q Mineruã Iouis ſororē,meã eſſe ſororē exiſtimē.ſed tñ ego mihi ſororē virginē
aſciſco.tu ſororē tuã virginē eſſe non ſiuiſti.Sed vide ne tu te debeas Iouē dicere,ꝙ tu iure
Iupiter ſo- eandē ſororē,& vxorē appellare poſſis.Et quoniã hoc reꝑhēdis,ꝙ ſolere me dicas de me ipſo
roris mari gloriosius ꝓdicare:qs vnq̃ audiuit,cũ ego de me niſi coactus ac neceſſario dicerē?nã ſi cũ mi
tus. hi furta,largitiones,libidines obiiciunt,ego reſpõdere ſoleo,meis cõſiliis,ꝑiculis,laboribus,
patriã eſſe cõſeruatã,nõ tã ſum exiſtimãdus de geſtis rebus gloriari,q̃ de obiectis nõ cõfite
ri.ſed ſi mihi ante hęc duriſſima Reip.tēpora nihil vnq̃ aliud obiectũ eſt,niſi crudelitas illiꝰ
temporis,cũ a patria ꝑniciē depuli:qd?me huic maledicto vtrũ nõ reſpondere?an demiſſe re
Intereſſe ſpondere decuit? Ego vero Reipu.ſemp intereſſe putaui,me illius pulcherrimi facti,qđ ex
reip. auctoritate ſenatus,cõſenſu bonorũ oĩm,ꝓ ſalute patrię geſſiſſem,ſplendorē verbis,dignita
temq; retinere:ꝓſertim cũ mihi vni in hac Rep. audiēte populo Ro.opera mea hãc vrbē,&
hanc Rēp.eſſe ſaluã iurato dicere fas fuiſſet.Extinctũ eſt iã illud maledictum crudelitatis,ꝙ
me nõ vt crudelē Tyrannũ,ſed vt mitiſſimũ parentē omniũ ciuiũ ſtudiis deſideratũ,repeti-
tum,accerſitũ vident.aliud exortũ eſt.obiicit mihi meus ille diſceſſus.cui ego crimini reſpõ

dere ſine mea maxima laude non poſſum.quid em̄ Pōtifices debeo dicere?ꝑccati me cōſcien
tia profugiſſe?at id,qđ mihi crimini dabať,non modo ꝑccatum nō erat,ſed erat res poſt na
tos homines pulcherrima.iudiciū populi p̄timuiſſe? at id nec ꝓpoſitū vllū fuit:& ſi fuiſſet,
duplicata gloria diſceſſiſſem.bonorū mihi p̄ſidiū defuiſſe?falſum eſt. me mortē timuiſſe?tur
pe eſt.dicendū igiť eſt id,qđ nō dicerē niſi coactus(nihil em̄ vnq̄ de me dixi ſublariꝰ aſciſcē Sublatius.
dę laudis cauſa potius,q̄ criminis depellendi)dico igiť,& q̄ poſſum maxima voce dico:cum
omniū ꝑditorū,& cōiuratorū incitata vis duce tribuno plebis,cōſulibus auctoribus, & af
flicto ſenatu, ꝑterritis Equitibus Romanis,ſuſpenſa ac ſollicita tota ciuitate,non tā in me
impetū faceret,q̄ ꝑ me in oēs bonos:me vidiſſe,ſi viciſſem,tenuis Reip.reliquias,ſi victus eſ-
ſem,nullas futuras.qđ cū iudicaſſem, defleui cōiugis miſeræ diſſidiū,liberorū chariſſimorū
ſolitudinē,fratris abſentis amantiſſimi,atq; optimi caſum,ſubitas fundatiſſimę familiæ rui- Fundatiſſi
nas:ſed his oībus rebus vitā antepoſui meorū ciuiū:rēpublicā condere meo diſceſſu,q̄ oīm ma familia.
interitu occidere malui.ſperaui id,quod accidit,me iacentē poſſe a viuis viris fortibus exci
tari:ſi vna cū bonis interiiſſem,nullo modo poſſe recreari. Accepi Pontifices magnū,atq; in
credibilem dolorē:nō nego,neq; iſtā mihi aſciſco ſapientiā,quā nonnulli in me requirebant,
qui me animo nimis fracto eſſe,atq; afflicto loquebanť.an ego poterā,cū tot rerū tanta vari
etate diuellerer,quas idcirco prętereo,ꝙ ne nunc quidē ſine fletu cōmemorare poſſum, infi
ciari me eſſe hominē?& cōmunē naturę ſenſum repudiare?tū vero neq; illud meū factū lau-
dabile,nec beneficiū vllū a me in remp.profectū dicerē,ſi quidē ea Reip.cauſa reliquiſſem,q-
bus æquo animo carerē:eāq; animi duritiā,ſicut corporis,qđ cū vritur,nō ſentit,ſtuporem
potius,q̄ virtutē putarē.ſuſcipere tātos animi dolores:atq; ea,q̄ capta vrbe accidunt victis,
ſtante vrbe vnū ꝑpeti:& iā ſe videre diſtrahi a cōplexu ſuorū,diſturbari tecta,diripi fortu
nas:patrię deniq; cauſa patriā ipſam amittere:ſpoliari populi Roma. beneficiis ampliſſimis:
pręcipitari ex altiſſimo dignitatis gradu:videre p̄textatos inimicos nondū morte cōplora-
ta arbitria ꝑtentes funeris:hęc omnia ſubire cōſeruandorū ciuiū cauſa,atq; ita vt dolenter
abſis,non tā ſapiens,q̄ ii q nihil curāt,ſed tā amans tuorū,ac tui,q̄ cōmunis humanitas po-
ſtulat,ea laus p̄clara ac diuina.nā q ea,q̄ nūq̄ chara atq; iucūda duxit,æquo animo Reip.cau
ſa deſerit,nullā beneuolentiā inſignē in Rēp.declarat.qui autē ea relinquit Reip.cauſa,a qui
bus cū ſummo dolore diuellitur,ei patria chara eſt,cuius ſalutē charitati anteponit ſuorū.
Quare diſrumpať licet iſta furia,atq; audiat hęc ex me,quoniā laceſſiuit:bis ſeruaui:vt con
ſul,togatus armatos vicerim:priuatus,cōſulibus armatis ceſſerim.vtriuſq; tēporis fructum
tuli maximū.ſuperioris,ꝙ ex ſenatus auctoritate,& ſenatum,& oēs bonos meę ſalutis cauſa
mutata veſte vidi.poſterioris,ꝙ & ſenatꝰ,& populus Romanus,& oēs mortales,& priuatim
& publice iudicarūt,ſine meo reditu Rēp.ſaluā eſſe nō poſſe.Sed hic meus reditꝰ Pōtifices
veſtro iudicio contineť.nā ſi vos me in meis ædibus collocatis:id qđ in oī mea cauſa ſemp,
ſtudiis,cōſiliis,auctoritatibꝰ,ſententiiſq; feciſtis:video me plane,ac ſentio reſtitutū.ſin mea
domus nō mō mihi non reddiť,ſed etiā monimētū p̄bet inimico doloris mei,ſceleris ſui,pu
blicę calamitatis:qs erit,q hūc reditū potius,q̄ pœnā ſempiternā putet?In conſpectu p̄terea
totiꝰ vrbis domꝰ eſt mea Pōtifices,in qua ſi manet illđ nō monimētū vrbis,ſed ſepulcrū ini
mico nomine inſcriptū,demigrādū potius aliquo eſt,q̄ habitādū in ea vrbe,in qua trophęa
& de me,& de Rep.videā cōſtituta. An ego tantā aut animi duritiē habere,aut oculorū im
pudentiam poſſim?vt cuius vrbis ſeruatorē me eſſe ſenatus omniū aſſenſu toties iudicarit,
in ea poſſem intueri domū meā euerſam nō ab inimico meo,ſed ab hoſte cōmuni:& ab eo-
dem extructā,& poſitā in oculis ciuitatis,ne vnq̄ cōquieſcere poſſit fletus bonorū.Sp.Melii
regnū appetētis domus eſt cōplanata.& qd aliud ęquū accidiſſe Melio populus Ro. iudica-
uit?noīe ipſo ęquimelii ſtultitia pœna cōprobata eſt.Sp.Caſſii domꝰ ob eādē cauſam euer- Aeqmeliū.
ſa,atq; in eodē loco ędes poſita Telluris.In Vacci pratis domꝰ fuit M.Vacci,q̄ publicata eſt, Vacci pra-
& euerſa,vt illius facinus memoria & nomine loci notareť.M.Mālius cū ab aſcēſu Capitolii ta.
Gallorū impetū repuliſſet,nō fuit cōtentus beneficii ſui gloria:regnū appetiſſe eſt iudicatꝰ.
ergo eius domū euerſam duobus locis conueſtitam videtis.Quā igiť maiores noſtri ſcelera
tis ac nefariis ciuibus maximā pœnā cōſtitui poſſe arbitrati ſunt,eandē ego ſubibo,ac ſuſti
nebo?vt apud poſteros noſtros nō extinctor cōiurationis,& ſceleris,ſed auctor & dux fuiſſe
videar?Hāc vero Pont.labē turpitudinis,& incōſtātię poterit populi Ro.dignitas ſuſtinere,
viuo ſenatu,vobis p̄cipibꝰ publici cōſilii?vt domꝰ M.Tullii Cicerōis cū domo Fuluii Flac

ci ad memoriā pœnę publice conſtitutę cōiuncta eſſe videat̃!M.Flaccus,qa cū C. Graccho,
contra ſalutē Reip.fecerat,& ſenatus ſentētia eſt interfectus,& eius domus euerſa,& publi-

Porticus Catuli.

cata eſt.in qua porticū poſt aliquāto Q.Catulus de manubiis Cimbricis fecit. iſta autē fax,
ac furia patrię,cū vrbem Piſone,& Gabinio ducibus cepiſſet,occupaſſet,teneret,vno eodē
tēpore & clariſſimi viri mortui monimēta delebat,& meā domū cū M.Flacci domo cōiun-
gebat:vt qua pœna ſenatus affecerat euerſorē ciuitatis,eadem iſte oppreſſo ſenatu afficeret
eū,quē P.C.cuſtodē patrię iudicaſſent.Hāc vero in Palatio,atq; in pulcherrimo vrbis loco
porticū eſſe patiemini,furoris Tribunitii,ſceleris cōſularis,crudelitatis coniuratorum, cala
mitatis reipublicę,doloris mei,defixum indiciū ad memoriam omnium gentium ſempiter-
nam!quam porticū ꝓ amore quem habetis in Rempublicā,& ſemper habuiſtis,nō modo ſen
tentiis,ſed ſi opus eſſet manibus veſtris diſturbare cuperetis.niſi quē forte illius caſtiſſimi ſa
cerdotis ſuperſtitioſa dedicatio deterret.O rē,quā homines ſoluti,a cura liberati ridere nō
deſinūt:triſtiores autē ſine maximo dolore audire non poſſunt.P.ne Clodius,qui ex pontifi
cis maximi domo religionē eripuit,is in meā intulit!hunc inquā etiā vos, q eſtis antiſtites
cerimoniarū,& ſacrorū,auctorē habetis,& magiſtrum publicę religionis!O dii immortales
(vos em̄ hęc audire cupio)P.Clodius veſtra ſacra curat!veſtrū numē horret!res omnis hu
manas religione veſtra cōtineri putat!hic non illudit auctoritati horū omniū,q aſſunt,ſum
morum virorū!nō veſtra Pōti.grauitate abutit̃!ex iſto ore,religionis verbū excidere,aut ela
bi poteſt!cū tu eodē ore accuſando Senatum,q; ſeuere de religione decerneret,impuriſſime
teterrimeq; violaſti.Aſpicite,aſpicite Pont.hoīem religioſum,& ſi vobis videt̃(qđ eſt bono

Religionis eſt modus.

rum pontificū)monete eū,modū quēdā eſſe religionis,nimiū eſſe ſuperſtitioſum nō oporte

Domi alienę.

re.quid tibi neceſſe fuit anili ſuperſtitione homo fanatice ſacrificiū,qđ alienę domi fieret,in
uiſere!quę autē te tāta mētis imbecillitas tenuit,vt non putares deos poſſe placari,niſi etiā
muliebribus religionibus te implicuiſſes!quē vnq̄ audiſti maiorū tuorū,q & ſacra priuata
coluerunt,& publicis ſacerdotiis pręfuerūt,cū ſacrificiū Bonę deę fieret,interfuiſſe!neminē.
ne illum quidē,q cęcus factus eſt.Ex quo intelligit̃ multa in vita falſo homines opinari,cum
ille qui nihil videret ſciens,qđ nefas eſſet,lumina amiſit:iſtius,q nō ſolū aſpectu,ſed etiā in-

Cęcitas mētie.

ceſto flagitio,& ſtupro polluit cerimonias,pœna oīs oculoꝝ ad cęcitatē mētis eſt conuerſa.
Hoc auctore tam caſto,tā religioſo,tā ſancto,tā pio,poteſtis Pont.nō cōmoueri!cum ſuis di
cat ſe manibus domū ciuis optimi euertiſſe,& eā iiſdē manibus conſecraſſe.quę tua fuit cō
ſecratio!tulerā inquit vt mihi liceret.qdnā exceperas!vt ſi qđ ius nō eſſet rogare,ne eſſet ro
gatum!Ius igit̃ ſtatuetis eſſe,vniuſcuiuſq; veſtrū ſedes,aras,focos,deos penates, ſubiectos eſ
ſe libidini Tribunitię!in quē qſq; ꝑ homines cōcitatos irruerit,in quē impetū pertulerit, hu
ius domū nō ſolū affligere,quod eſt p̄ſentis inſanię,quaſi tēpeſtatis repentinę,ſed etiā in po-

Caput ī religionibus ſuſcipiēdis. Pietas erga deos.

ſterum tēpus religione ſempiterna obligare!Equidē ſic accepi Pontifices:in religionibꝰ ſuſ-
cipiendis caput eſſe,interpretari,q̄ volūtas deorū immortalium eſſe videat̃.nec eſt vlla erga
deos pietas,niſi honeſta de numine eorū,ac mēte opinio,cū experi nihil ab iis,qđ ſit iniuſtū,
ac inhoneſtū,arbitrere.hoīem inuenire iſta labes tū,cū oīa tenebat,neminem potuit, cui ſe
des meas addiceret,cui traderet,cui donaret:ipſe cū loci illius,cū ædiū cupiditate flagraret,
ob eāq; cauſam vnā vna iuſta illa rogatione ſua vir bonus dominū ſe in meis bonis eſſe vo-
luiſſet,tamē illo ipſo in furore ſuo nō eſt auſus meā domū,cuius cupiditate inflāmatꝰ erat,
poſſidere.Deos immortales exiſtimatis,cuiꝰ labore, & cōſilio ſua ipſi tēpla tenuerūt,in eius
domū afflictā,& euerſam ꝑ vnius hoīs ſceleratiſſimi nefariū latrociniū immigrare voluiſſe!
Ciuis eſt nemo in tāto populo,extra cōtaminatā illā,& cruentā P.Clodii manū,q rē vllā de
meis bonis attigerit,q nō ꝓ ſuis opibus in illa tēpeſtate defenderit.at,q aliq̄ ſe cōtagiōe p̄dę,
ſocietatis,emptionis,cōtaminauerūt, nulliꝰ neq; priuati,neq; publici iudicii pœnā effugere
potuerūt.Ex his igit̃ bonis,quorū nemo rē vllā attigit,q nō omniū iudicio ſceleratiſſimus
haberet̃,dii immortales domū meā cōcupiuerūt!iſta tua pulchra libertas,deos penates,& fa
miliares meos lares expulit,vt a te ipſa tāq̄ in captiuis ſedibus collocaret̃!quid eſt ſanctius!

Domꝰ vniuſcuiuſq; ciuiū ſanctitas.

quid oī religione munitius!q̄ domus vniuſcuiuſq; ciuiū!hic arę ſunt,hic foci,hic dii pena-
tes,hic ſacrę religionis cerimoniæ cōtinētur:hoc perfugiū eſt ita ſanctū oībus,vt inde arri-
pi neminē fas ſit.quo magis eſt furor iſtius ab auribus veſtris repellēdus:q q̄ maiores no-
ſtri religionibꝰ tuta nobis,& ſancta eē voluerūt,ea iſte nō ſolū cōtra religionē labefactauit,
ſed etiā ipſius religionis noīe,euertit.At,q̄ dea eſt!bonā eſſe oportet,quādoqdē eſt abs te de

dicata. Libertas,inqt.eā tu igitur domi meę collocaſti,quā ex vrbe tota ſuſtuliſti?tu,cū Col-
legas tuos ſumma poteſtate ꝑditos negares liberos eſſe:cū in tēplū Caſtoris aditus eſſet apꝑ-
tus nemini:cū hūc clariſſimū virū ſummo genere natū,ſummis populi beneficiis vſum,Pōti
ficē,& Conſularē,& ſingulari bonitate,& modeſtia ꝑditū, quē ſatis mirari qbus oculis aſpi-
cere audeas,nō queo,audiēte Populo Ro.a ꝑdiſſequis conculcari iuberes:cū indemnatū ex-
turbares priuilegiis tyrānicis irrogatis: cū principē orbis terræ virū incluſum domi cōtine-
res:cū forū armatis cateruis ꝑditoꝝ hoīm poſſideres:libertatis ſimulacrū in domo hac collo
cabas,quę domus erat ipſa indicio tui crudeliſſimi dominatus,& miſerrimę Populi Ro. ſer-
uitutis? eū ne potiſſimū libertas domo ſua debuit ꝑellere? qui niſi fuiſſet,in ſeruoꝝ poteſtatē
ciuitas tota veniſſet? At vnde inuēta eſt iſta libertas?quæſiui enī diligēter.Tanagrea qdā me Meretrix
retrix fuiſſe dicit. eius nō lōge a Tanagris ſimulacrū e marmore in ſepulcro poſitū fuit.hoc Tanagrea.
quidā homo nobilis nō alienus ab hoc religioſo libertatis ſacerdote,ad ornatū ędilitatis ſuę
deportauit. etenī cogitarat oīs ſupiores,muneris ſplēdore ſupare.Itaq; oīa ſigna,tabulas,or-
namētoꝝ qđ ſupfuit ī fanis,& cōmunibꝰ locis,tota e Gręcia, atq; īſulis oībꝰ honōris Populi
Ro.cauſa ſane frugaliter domū ſuā deportauit.Is poſteaq̄ itellexit,poſſe ſe iteruerſa ędilitate Interuer-
Piſone Cōſule Prętorē renūciari,ſi modo eadē prima litera cōpetitorē habuiſſet aliquē,ædili ſus.
tatē duobꝰ ī locis ptim in arca,ptim in hortis ſuis collocauit. ſignū de buſto meretricis abla
tū iſti dedit,qđ eſſet ſignū magis iſtoꝝ,q̄ publicę libertatis.Hāc deā quiſq̄ violare audeat? &
imaginē meretricis,ornamētū ſepulcri,a fure ſublatā,a ſacrilego collocatam? hæc me domo
mea ꝑellet?hęc vltrix afflictę ciuitatis,Reip.ſpoliis ornabit?hęc erit in eo monimēto,qđ poſi-
tū eſt,vt eſſet indiciū oppſſi ſenatus ad memoriā ſempiternā turpitudinis?O Q.Catule,pa-
trē ne appellē,an filiū?recētior.n.memoria filii eſt, & cū rebꝰ meis geſtis cōiūctior. tātū ne te
fefellit?cū mihi ſumma & quotidie maiora pmia in Rep.fore putabas.negabas fas eē duos cō
ſules eē ī hac ciuitate inimicos Reip.duo ſunt iuēti,q Senatū Tribuno furēti cōſtrictū trade
rēt,q ꝓ me Patres cōſcriptos depcari,& populo ſupplices eē,edictis atq; impio vetarēt:qbꝰ ſpe
ctātibꝰ domus mea diſturbaret,diripꝑet:q deniq; ambuſtas fortunarū mearū reliqas ſuas do
mos cōportarēt.Venio nūc ad patrē.tu Q.Catule M.Fuluii domū,cū is fratris tui ſocer fu-
iſſet,monimētū tuarū manubiarū eē voluiſti,vt eius q ꝑniccioſa Reip.cōſilia cepiſſet,oīs me
moria funditus ex oculis hoīm ac mētibꝰ tolleret. hoc ſi qs tibi ędificāti illā porticū diceret,
fore tēpꝰ,cū is Tribunꝰ Pl.q auctoritatē ſenatus,iudiciū bonoꝝ oīm neglexiſſet,tuū monimē
tū cōſulibꝰ nō modo inſpectātibꝰ,verū adiuuātibꝰ diſturbaret,euerteret:idq; cū eius ciuis,q
Rep.ex ſenatus auctoritate cōſul defendiſſet,domo cōiūgeret:nōne reſpōderes?id niſi euerſa
ciuitate accidere nō poſſe? At videte hoīs intolerabilē audaciā,cū proiecta quadā & effrena-
ta cupiditate. Monimētū iſte nūq̄,aut religionē vllā excogitauit:habitare laxe,& magnifice
voluit,duaſq; & magnas,& nobiles domos cōiūgere.eodē pūcto tēporis, quo meus diſceſſus
iſti cām cędis eripuit,a Q.Seio cōtēdit,vt ſibi domū vēderet. cū ille id negaret, primo ſe lu-
minibus eius eſſe obſtructurū minabat. affirmabat Poſthumius ſe viuo illā domū iſtius nūq̄ Luminibꝰ
futurā.acutus adoleſcens ex ipſius ſermone intellexit,quid fieri oporteret. hominē veneno obſtruere.
aptiſſime ſuſtulit:emit domū litigatoribus defatigatis ꝓpe dimidio carius q̄ ęſtimabat.Quor Dimidio
ſum igit hæc oratio ptinet?domus mea illa prope tota vacua eſt: vix ps ædiū mearū decima carius.
ad Catuli porticū acceſſit. cauſa fuit ambulatio, & monimētū,& iſta Tanagrea oppſſa liber
tate libertas. in palatio pulcherrimo ꝓſpectu porticū cū cōclauibus pauimētatā trecētū ꝑedū Porticus
cōcupierat,ampliſſimū periſtylum,cętera eiuſmodi,facile vt oīm domos,& laxitate,& digni- pauimen-
tate ſuperaret.Et homo religioſus,cū ædes meas idē emeret,& vēderet, tñ illis tātis tenebris tata.
nō eſt auſus ſuū nomē emptioni illi aſcribere. poſuit ſcilicet Catonē illū hominē ſua virtute Periſtylū.
egentē,vt is q in Marſis,vbi natus eſt,tectū,qđ imbris vitandi cauſa ſuccederet , nullū habe-
ret,ædes in Palatio nobiliſſimas emiſſe ſe diceret. inferiorē ædiū ptē aſſignauit nō ſuæ genti
Fonteiæ,ſed Clodię,quā reliquit.quē in numerū ex multis Clodiis nemo nomē dedit,niſi aut
egeſtate,aut ſcelere ꝑditus.Hāc vos Pontifices tā variā, tā nouā in omni genere volūtatē,
impudentiā,audaciā,cupiditatē,cōprobabitis?Pontifex,inqt,affuit.non te pudet,cū apud Pō
tifices res agat,Pōtificē dicere te,nō Collegiū Pōtificū affuiſſe?pręſertim cū Tribunꝰ Pl. vel
denūciare potueris,vel etiā cogere? Eſto,Collegiū nō adhibuiſti.quid?de Collegio qs tādē af Vetuſtas
fuit?poſuerat.n.auctoritatē in vno,q eſt in his oībꝰ.ſed tñ auget,& ætas,& honos dignitatē. ꝑitiores
opus erat etiā ſcientia: quā etſi omnes conſecuti ſunt, tamen certe ꝑitiores vetuſtas facit. facit.

quis ergo affuit? frater,inquit,vxoris meæ. ſi auctoritatē quærimus, etſi id eſt ætatis,vt non
dū cōſecutus ſit,tamē quāta eſt in adoleſcente auctoritas,ea propter tantā coniūctionē affini
tatis,minor eſt putanda.Sin autē ſcientia eſt q̄ſita,quis erat minus peritus,q̄ is,qui paucis il-
lis diebus in Collegiū venerat?qui etiā tibi erat magis obſtrictus beneficio recenti, cū ſe fra-
trem vxoris tuæ,fratri tuo germano antelatū videbat. etſi in eo prouidiſti,ne frater te accu
ſare poſſet. Hanc tu igitur dedicationē appellas? ad quā nō Collegiū,non honoribus Populi
Ro.ornatū pontificē,nō deniq; adoleſcētē quēq̄, cū haberes in Collegio familiariſſimos adhi
bere potuiſti? affuit is,ſi modo affuit,quē tu impuliſti:ſoror rogauit, mater coegit. Videte
igitur Pontif.quid ſtatuatis in mea cauſa de omniū fortunis.verbo ne Pōtifices putatis,ſi is
poſtē tenuerit,& aliq̄d dixerit,domū vniuſcuiuſq; conſecrari poſſe?an iſtę dedicationes, & tē
plorū,& delubrorū religiones ad honorē deoꝝ immortaliū ſine vlla ciuiū calamitate a maio
ribus noſtris cōſtitutę ſunt?eſt inuētus Tribunꝰ Plebis,q cōſularibus copiis inſtructus,omni
impetu furoris in eū ciuē irruerit,quē pcuſſum ipſa Reſp.ſuis manibus extolleret.Quid?ſi qs
ſimilis iſtius,neq; em̄ iā deerūt q imitari velint,aliquē mei diſſimilē,cui Reſp.nō tātū debeat,
per vim afflixerit,domū eius p Pōtificē dedicarit,id vos iſta auctoritate cōſtituetis ratū eſſe
oportere?dicitis,quē reperiet Pōtificē?qd?& Tribunꝰ Pl.idē eſſe nō pōt?M.Druſus ille clariſſi
mus Tribunꝰ Pl.Pōtifex fuit.ergo ſi is Q.Cepionis inimici ſui poſtē ædiū tenuiſſet,& pauca
verba feciſſet,ædes Cepionis eēnt dedicatę?Nihil loquor de Pōtificio iure,nihil de ipſiꝰ ver-
bis dedicationis,nihil de religione,cerimoniis:nō diſſimulo me neſcire ea q̄ etiā ſi ſcirē,diſſi-
mularē,ne alii moleſtus,vobis etiā curioſus viderer: etſi effluunt multa ex veſtra diſciplina,

Poſtis tenetur in dedicatione. quæ etiā ad noſtras aures ſępe pmanāt.Poſtem teneri in dedicatione oportere videor audiſſe
tēpli:ibi em̄ poſtis eſt,vbi tēpli aditus eſt,& valuę ambulationis. Poſtes nemo vnq̄ tenuit in
dedicādo.Simulacrū aūt aut arā ſi dedicaſti,ſine religione loco moueri poteſt.Sed iā hoc di
cere tibi nō licebit,qm̄ pōtificem poſtē tenuiſſe dixiſti. q̄q̄ qd ego de dedicatione loquar?aut
quid de veſtro iure,& religione cōtra q̄ pppoſuerā diſputabo? Ego vero ſi oīa ſolēnibus ver-
bis,veteribus,& pdictis inſtitutis acta eſſe dicerē,tñ me reip.iure defenderē. An cū tu eius ci
uis diſceſſu,cuius vniꝰ opa ſenatus atq; oēs boni ciuitatē eſſe incolumē toties iudicaſſent,op
preſſam teterrimo latrocinio cū duobus ſceleratiſſimis cōſulibus Rēp.teneres,domū eius,q
patriā a ſe ſeruatā perire ſuo noīe noluiſſet,p pōtificē aliquē dedicaſſes,poſſet recreata Reſp.
ſuſtinere? Date de hac religione aditū Pōtifices,iā nullū fortunis cōmunibus exitū repietis.
An ſi poſtē tenuerit pōtifex,& verba ad religionē deoꝝ īmortaliū cōpoſita,ad perniciē ciuiū
trāſtulerit,valebit ad iniuriā nomē ſanctiſſimū religionis? ſi Tribunꝰ Pl.verbis nō minꝰ pri-

Verba pene ſolēnia. ſcis,& pene ſolēnibus bona ciuis cuiuſpiā cōſecrarit,nō valebit?Atq C.Atinius patrū memo
ria bona Q.Metelli,q eū ex ſenatu cēſor reiecerat,aui tui Q.Metelle,& tui P.Seruili,& pro-
aui tui P.Scipio cōſecrauit foculo poſito in roſtris,adhibitoq; tibicine.Quid tū?nū ille furor
Tribuni Pl.ductus ex nōnullis veterū tēpoꝝ exēplis fraudi Metello fuit ſummo illi & clariſſi
mo viro?certe nō fuit.Vidimꝰ hoc idē Cn.Lētulo Cēſori Tribunū Pl. facere. nūq̄d igit̄ is bo
na Lētuli religionibꝰ religauit?ſed qd ego cęteros?tu,tu īquā capite velato,cōciōe aduocata,
foculo poſito,bona tui Gabinii,cui regna oīa Syroꝝ,Arabū,Perſarūq; donaras,cōſecraſti.Q;

Helluatus ſanguinem reip. ſi tū nihil eſt actū,qd ī meis bonis agi potuit? ſin eſt ratū,cur ille gurges helluatꝰ tecū ſimul
Reip.ſanguinē,ad cęlū tñ extruxit villā ī Tuſculano viſceribus ærarii?mihi meas ruinas,qua
rū ego ſimilē totā vrbē eſſe paſſus nō ſum,aſpicere nō licuit? Omitto Gabiniū. Quid?exēplo
tuo bona tua nōne L.Mūmius vir fortiſſimꝰ,atq; optimꝰ cōſecrauit?qđ ſi qa ad te ptinet,ra-
tū eſſe negas oportere,ea iura cōſtituiſti ī pclaro Tribunatu tuo,qbꝰ ī te cōuerſis, recuſares,
alios euerteres.Sin iſta cōſecratio legitima eſt,qd ē qđ pfanū ī tuis bonis eē poſſit?An cōſecra
tio nullū habet ius?dedicatio eſt religioſa?qd ergo illa tua tū obteſtatio tibicinis?qd foculus?
qd pces?qd priſca verba voluerūt?emētiri,fallere,abuti deoꝝ īmortaliū numine ad hoīm timo
rē qd voluiſti?Nā ſi eſt illud ratū,mitto Gabiniū,tua domus certe,& q̄cq̄d habes aliud ē Cere
ri cōſecratū.ſin ille ludus fuit,qd te īpurius?q religiōes oīs pollueris aut emētiēdo,aut ſtuprā
do.Iā fateor,inq̄t,in Gabinio me nefariū fuiſſe.qppe vides pœnā illā a te ī aliū īſtitutā,ī te īpm
eē cōuerſam. Sed hō oīm ſcelerū flagitiorūq; documētū,qđ ī Gabinio fateris,cuiꝰ īpudicę pu
eritię libidines,adoleſcētię dedecꝰ,& egeſtatē reliq̄ vitę,latrociniū cōſulatꝰ vidimꝰ, cui ne iſta
q̄dē calamitas iniuria potuit accidere,id ī me īfirmas: & grauius eē dicis,qđ vno adoleſcēte,q̄
qđ cōciōe tota effeciſti.Dedicatio magnā,iq̄t,habet religionē,nōne vobis Numa Pōpilius vi-

detur loqui? diſcite orationē Pont. & vos Flamines etiā, tu Rex diſce a gētili & tu, q̄q̄ ille gē-
tem iſtā reliquit, ſed tamē diſce ab homine religionibus dedito, iuſto, tum omniū religionū
ꝑito. quid? in dedicatione nōne & quis dicit, & quid, & quomodo, q̄ritur? an tu hæc ita con
fundis, & ꝑturbas, vt quicūq; velit, qđ velit, quomodo velit, poſſit dedicare? quis eras tu, q̄
dedicabas? quo iure? qua lege? quo exemplo? qua poteſtate? vbi te iſti rei Populus Ro. ꝑfecerat?
video enim eſſe legē veterē Tribunitiā, quæ vetet iniuſſu plebis ædes, terrā, aram conſecrare. Lex Papiria de cōſecratione.
neq; tñ hoc Q. Papirius, qui hāc legē rogauit, ſenſit, neq; ſuſpicatus eſt, fore ꝑiculū ne do-
micilia, aut poſſeſſiones indemnatorū ciuiū conſecrarētur. neq; enim id fieri fas erat: neq; q̄ſq̄
fecerat: neq; erat cauſa, cur prohibēdo nō tā deterrere videretur, q̄ admonere. ſed quia cōſe-
crabātur ædes, nō priuatoꝝ domicilia, ſed quę ſacrę nominātur: cōſecrabātur agri, nō ita vt Aedes ſacræ.
noſtra prædia, ſi q̄s vellet, ſed vt imperator agros de hoſtibus captos cōſecraret: ſtatuebātur
arę, quæ religionē afferrēt, ipſo ſi loco eſſent cōſecratę: hęc niſi plebs iuſſiſſet, fieri vetuit. quę
ſi tu interp̄taris de noſtris ædibus, atq; agris ſcripta eſſe, non repugno. ſed q̄ro, quę lex lata
ſit, vt tu meas ædis cōſecrares? vbi tibi hæc poteſtas data ſit? quo iure feceris? Neq; ego nunc
de religione, ſed de bonis omniū noſtrū, nec de pōtificio, ſed de iure publico diſputo. Lex Pa-
piria vetat ædis iniuſſu plebis cōſecrari. ſit ſane hoc de noſtris ædibus, ac nō de publicis tē-
plis. vnū oſtende verbū cōſecrationis in ipſa tua lege, ſi illa lex eſt, ac nō vox ſceleris & crude
litatis tuæ. Q; ſi tibi tū in illo Reip. naufragio oīa in mētē venire potuiſſent: aut ſi tuus ſcri-
ptor in illo incēdio ciuitatis nō ſyngraphas cū Byzantiis exulibus, & cū legatis regiis face-
ret, ſed vacuo animo tibi iſta nō ſcita, ſed portēta conſcriberet: eſſes oīa ſi minus re, at verbis
legitimis cōſecutus. ſed vno tēpore cautiones fiebāt pecuniarū, fœdera feriebātur prouincia
rū, regū appellationes venales erāt, ſeruoꝝ omniū vicatim celebrabatur tota vrbe deſcriptio,
inimici in gratiā reconciliabātur: imperia aſcribebātur nouę iuuentuti: Q. Seio venenū miſe
ro parabatur: de Cn. Pompeio propugnatore, & cuſtode imperii interficiendo conſilia iniban
tur: Senatus ne quid eſſet, vt lugerent boni ſemper, vt capta Reſp. conſulū proditione, vi Tri
bunitia teneretur. Hæc cū tot tantaq; agerētur, nō mirū eſt, præſertim in furore animi, & cę
citate, multa illū & te fefelliſſe. At videte quāta ſit vis huius Papiriæ legis, in re tali, nō qua-
lem tu affers ſceleris plenā & furoris. Q. Martius Cenſor ſignū Cōcordiæ fecerat, idq; in pu
blico collocarat: hoc ſignū C. Caſſius Cenſor cū in curiā tranſtuliſſet, Collegiū veſtrū conſu
luit, nū quid eſſe cauſæ videretur, quin id ſignū Curiāq; Concordiæ dedicaret? Quęſo Pōtif.
& hominē cū hoīe, & tēpus cū tēpore, & rē cū re cōparate. Ille erat ſumma modeſtia, & graui
tate Cenſor: hic Tribunus Pl. ſcelere & audacia ſingulari. tēpus illud erat tranq̄llū, & in liber
tate populi, & gubernatione poſitū ſenatus. tuū porro tēpus libertate Populi Ro. oppreſſa,
Senatus auctoritate deleta. Res illa plena iuſtitiæ, ſapiētiæ, dignitatis. cēſor eñ, penes quē ma
iores noſtri (id qđ tu ſuſtuliſti) iudiciū ſenatus de dignitate eſſe voluerūt, Cōcordiæ ſignū
volebat in Curia, Curiāq; ei deæ dedicare. Pręclara volūtas, atq; omni laude digna. pręſcribe Cenſoria poteſtas.
re eñ ſe arbitrabat̄, vt ſine ſtudiis diſſenſionis ſentētię dicerent̄, ſi ſedē ipſam ac tēplū publici
cōſilii religione Cōcordiæ deuinxiſſet. Tu cū ferro, cū metu, cū edictis, cū priuilegiis, cū p̄ſen Priuilegia.
tibus copiis perditorū, abſentis exercitus terrore, & minis, Cōſulū ſocietate, & nefario fœde-
re, ſeruitute oppreſſam ciuitatē teneres, libertatis ſignū poſuiſti magis ad ludibriū impuden Libertatis ſignum.
tię, q̄ ad ſimulationē religionis. Ille in Curia, q̄ poterat, ſine cuiuſq̄ icōmodo, dedicabat. tu in
ciuis optime de Rep. meriti cruore ac pene oſſibus ſimulacrū nō libertatis publicę, ſed licētię
collocaſti. atq; ille tñ ad Collegiū retulit. tu ad quē retuliſti? Si q̄d deliberares, ſi q̄d tibi aut
piandū, aut inſtituēdū fuiſſet religione domeſtica, tñ inſtituto cęteroꝝ vetere, ad pontificem Piandum.
detuliſſes. Nouū delubrū cū in vrbis clariſſimo loco, nefando quodā atq; inaudito inſtituto
inchoares, referēdū ad ſacerdotes publicos nō putaſti. At ſi Collegiū pōtificū adhibēdū non
videbat̄, uemo ne hoꝝ tibi idoneus viſus eſt, qui ætate, honore, auctoritate āncellūt, vt cū eo
dedicationē cōmunicares? quoꝝ q̄dē tu nō cōtēpſiſti, ſed pertimuiſti dignitatē. An tu aude-
res q̄rere ex P. Seruilio? aut ex M. Lucullo? quoꝝ ego cōſilio atq; auctoritate Rēp. Cōſul ex ve
ſtris manibus, ac faucibus eripui, quibuſnā verbis, aut quo ritu, primū hoc dico, ciuis domū
cōſecrares: deinde ciuis eius, cui princeps ſenatus, cui etiā ordines oēs, deīde Italia tota, poſt
cūctę gētes teſtimoniū huius vrbis, atq; imperii cōſeruati dediſſent: quid diceres O nefanda
& pernicioſa labes ciuitatis? ades, ades Luculle, Seruili, dū dedico domū Ciceronis, vt mihi p̄- Præite.
eatis, poſtēq; teneatis. Es tu q̄dē cū audacia, tū impudētia ſingulari: ſed tibi tñ oculi, vultus,

verba cecidiſſent,cū te viri,qui ſua dignitate ꝑſonā Populi Ro.atq; auctoritatē imꝑii ſuſti
nerēt,verbis grauiſſimis ꝑterruiſſent:neq; ſibi fas eſſe dixiſſent,furori intereſſe tuo, atq; ī pa
trię parricidio & ſcelere. Quę cū videres,tū te ad tuū affinē nō delectū a te,ſed relictū a cęte=
Hercules ſacra docuit. ris cōtuliſti:quē ego tn̄ credo,ſi eſt ortus ab illis, quos memoriæ ꝓditū eſt,ab ipſo Hercule ꝑ
functo iā laboribus ſacra didiciſſe,in viri fortis ærumnis,non ita crudelē fuiſſe,vt in viui &
iam ſpirātis caput buſtū ſuis manibus imponeret:qui aut nihil dixit:aut ſi fecit, oīno pœnā
Buſtum. hāc maternę temeritatis tulit,vt mutā in delicto ꝑſonā,nomēq; p̄beret: aut ſi dixit aliqd ver
bis hęſitātibus,poſtēq; tremebūda manu tetigit,certe nihil rite,nihil caſte,nihil more,īſtitu=
toq; ꝑfecit. Viderat ille Murenā vitricū ſuū,conſulē deſignatū, ad me conſulē cū Allobro=
gibus cōmunis exitii indicia afferre:audierat ex illo ſe a me bis ſalutē accepiſſe,ſeparatim ſe
mel,iterū cū vniuerſis.Quare quis eſt qui exiſtimare poſſit,huic nouo pontifici primā hanc
poſt ſacerdotiū initū,religionē inſtituenti,vocēq; mittēti,nō & linguā obmutuiſſe? & manū
obtorpuiſſe?& mētem debilitatā metu concidiſſe?præſertim cū ex Collegio tanto,nō regem,
nō Flaminē,nō Pontificē videret,fieriq; particeps alieni ſceleris inuitus cogeretur,& grauiſſi
mas pœnas affinitatis impuriſſimę ſuſtineret.Sed vt reuertar ad ius publicum iudicandi,qđ
ipſi Pont. ſemꝑ nō ſolū ad ſuas cerimonias,ſed etiā ad populi iuſſa accōmodauerūt, habetis
in cōmentariis veſtris C.Caſſiū Cenſorē de ſigno Concordiæ dedicando ad Pontificū Colle=
gium retuliſſe. eiq; M.Aemilium Pont.Maximū ꝓ Collegio reſpōdiſſe : niſi eū Populus Ro.
nominatim p̄feciſſet,atq; eius iuſſu faceret,nō videri ea recte poſſe dedicari.Quid?cū Licinia
Sacerdotio prædita. virgo Veſtalis ſummo loco nata,ſanctiſſimo ſacerdotio p̄dita, T.Flaminio Q.Metello Cōſſ.
aram & ædiculā & puluinar ſub ſaxo ſacro dedicaſſet,nō eā rē ex auctoritate ſenatus ad hoc
collegium *Sex*.Iulius Prętor retulit?cū P.Scęuola Pōt.Max.pro collegio reſpōdit: qđ in loco
publico Licinia C.F.iniuſſu populi dedicaſſet,ſacrū nō videri eſſe. quā qdē rē quāta ſeuerita
te,quātaq; diligētia ſenatus ſuſtulerit,ex ipſo S.C.facile cognoſcetis.Videtis ne Prętori vrba
no negotiū datū,vt curaret,ne id ſacrū eſſet?& vt ſi quę eſſent inciſæ aut inſcriptæ literę tol
lerētur?O tēpora,O mores.tū Cenſorē hominē ſanctiſſimū ſimulacrū Cōcordię dedicare Pō
tifices in tēplo inaugurato prohibuerūt. poſt autē ſenat⁹ in loco auguſto cōſecratā eā aram
tollendā, ex auctoritate pontificū cēſuit, neq; vllū eſt paſſus ex ea dedicatione literarum ex=
tare monimentū.tu procella patrię,turbo,ac tēpeſtas pacis,atq; otii,qđ ī naufragio Reipubli
cæ,tenebris offuſis,demerſo populo, euerſo atq; eiecto ſenatu dirueris, ædificaris, religione
* omni violata,Reip.tātum noīe cōtaminaris,in hiſce ædibus,& in vrbe quā ſuis laboribus ac
ꝑiculis cōſeruaſſet, monimētū deletę Reip.collocaris ad Equitū notā,ad dolorē bonoꝝ oīm,
ſublatoq; Q.Catuli noīs incideris:id ſꝑaſti Rēp.diutius,q̃ quoad mecū ſimul expulſa care=
ret his mœnibus,eſſe laturā? At ſi Pont.neq; is cui licuit,neq; id qđ fas fuit dedicauit: quid
me attinet iā illud tertiū qđ ꝓpoſuerā docere?nō his inſtitutis,ac verbis,qbus cerimonię po=
ſtulant,dedicaſſe.Dixi a principio,nihil me de ſciētia veſtra,nihil de ſacris,nihil de abſcōdi=
to iure pontificū dicturū: quæ ſunt adhuc a me de iure dedicādi diſputata, nō ſunt q̄ſita ex
occulto aliquo genere literarū, ſed ſumpta de medio ex rebus palam ꝑ magiſtratus actis, ad
collegiūq; delatis,ex S.cōſulto,ex lege.Illa interiora,iā veſtra ſunt:quid dici,qd p̄cipere,quid
tangi,qd teneri ius fuerit.Quę ſi oīa ex Coruncani ſciētia, q ꝑitiſſimus pōtifex fuiſſe dicit̃,
acta eſſe cōſtarēt:aut ſi M.Horatius ille Puluillus,q cū eius dedicationē multi ꝓpter inuidiā
fictis religionibus impedirēt,reſtitit,& cōſtātiſſima mēte Capitoliū dedicauit, huiuſmodi ali
cui dedicationi p̄fuiſſet:tn̄ in ſcelere religio nō valeret,nedū valeat id qđ impitus adoleſcēs,
nouus ſacerdos,ſororis p̄cibus,matris minis adductus,ignarus,inuitus,ſine Collegis,ſine li=
bris,ſine auctore,ſine ſcriptore,furtim mēte ac lingua titubante feciſſe dicat̃.præſertim cum
iſte impurus atq; impius hoſtis omniū religionū,q cōtra fas & inter viros ſæpe mulier,& in=
ter mulieres vir fuiſſet,ageret illā rē ita raptim,& turbulente,vt neq; mens,neq; vox,neq; lin
gua cōſiſteret.Delatū tū eſt ad vos Pont.& poſt omniū ſermone celebratū,quēadmodū iſte p̄
poſteris verbis,ominibus obſcœnis,idētidē ſe ipſe reuocādo dubitans,timēs,hæſitās,oīa ali=
ter ac vos in monimentis habetis,& ꝓnūciarit,& fecerit.Qđ quidē minime mirū eſt in tanto
ſcelere,tātaq; dementia,ne audaciæ qdē locū ad timorē comprimendū fuiſſe.Etenim ſi nemo
vnq̃ prædo tā barbarus,atq; immanis fuit,q cū fana ſpoliaſſet, deinde aram aliquā in littore
deſerto ſomniis ſtimulatus aut religione aliqua conſecraret,nō horreret animo,cum diuinū
numen ſcelere violatū placare p̄cibus cogeretur : qua tandē iſtū ꝑturbatione mētis omnū

templorũ atq; tectorũ,totiuſq; vrbis prædonẽ fuiſſe cẽſetis:cum pro deteſtatione tot ſcelerũ
vnã aram nefarie conſecraret.Nõ poterat vllo modo (q̃q̃ & inſolentia dominatus extulerat
animos,& erat ĩcredibili armatus audacia) nõ in agẽdo ruere,ac ſępe peccare:præſertim illo
põtifice & magiſtro,q cogeret docere,añq̃ ipſe didiciſſet.Magna vis eſt cũ in deorꝝ immorta
liũ numine,tũ vero in ipſa Republica.Dii immortales ſuorꝝ tẽplorꝝ cuſtodẽ ac præſidẽ ſcele=
ratiſſime pulſum cũ viderẽt,ex ſuis tẽplis in eius ædes immigrare nolebãt. itaq; iſtius vecor
diſſimi mẽtẽ cura metuq; terrebãt.Res vero publica,q̃q̃ erat exterminata mecũ , tñ obuerſa=
bat ante oculos exterminatoris ſui,& ab iſtius inflãmato atq; ignito furore iã tũ me ſeq; re=
petebat.Quare qd eſt mirũ,ſi iſte metus furore inſtinctus,ſcelere pceps,neq; inſtitutas cerimo
nias pſequi,neq; verbũ vllũ ſolẽne potuit effari:Quę cũ ita ſint Põtifices,reuocate iã animos
veſtros ab hac ſubtili noſtra diſputatione ad vniuerſam Rẽpublicã,quã antea cũ viris forti=
bus multis,in hac vero cauſa ſolis veſtris ceruicibus ſuſtinetis.Vobis vniuerſi ſenatus perpe
tua auctoritas,cui voſmetipſi pſtãtiſſimi ſemp in mea cauſa pfuiſtis:vobis Italiæ magnificen
tiſſimus ille motus,municipiorũq; cõcurſus: vobis cãpus,centuriarũq; vna vox oĩm, quarũ
vos principes,atq; auctores fuiſtis:vobis oẽs ſocietates,oẽs ordines, oẽs q aut re,aut ſpe deni
q; ſunt boni:oẽs tũ erga meã dignitatẽ ſtudiũ,& iudiciũ nõ modo cõmiſſum,verũ etiã cõmẽ
datũ eſſe arbitrabant.Deniq; ipſi dii immortales,q hãc vrbẽ,atq; hoc imperiũ tuẽtur,vt eſſet
oĩbus gẽtibus poſteritatiq; perſpicuũ,diuino me numine eſſe Reip.redditũ, idcirco mihi vi=
dẽtur fructũ ipm reditus & gratulationis meæ ad ſuorꝝ ſacerdotũ poteſtatẽ iudiciũq; reuo=
caſſe.Hic eſt eĩ reditus Pontifices,hæc reſtitutio,in domo,in ſedibus,in aris,in focis,in diis
penatibus recuperãdis. quorũ ſi iſte ſuis ſceleratiſſimis manibus tecta ſedeſq; conuellit,duci=
buſq; cõſulibus tãq̃ vrbe capta hãc vnã domũ quaſi acerrimi ppugnatoris ſibi delendã puta
uit:tñ illi dii penates,ac familiares mei,p vos in meã domũ mecũ erunt reſtituti.Quocirca te
Capitoline,quẽ ppter beneficia Populus Ro.Optimũ,ppter vim,Maximũ nominauit,teq; Iu
no regina,& te cuſtos vrbis Minerua,quę ſemp adiutrix cõſiliorꝝ meorꝝ,teſtis laborꝝ extitiſti,
precor,ac q̃ſo:voſq;,q maxime me repetiſtis,atq; reuocaſtis,quorꝝ de ſedibus hęc mihi ppoſi
ta eſt cõtẽtio,patrii penates,familiareſq;,q huic vrbi & Reip.pręſides eſtis:vos obteſtor,quo=
rũ ego a tẽplis,ac delubris peſtiferã illã & nefariã vim depuli:teq; Veſta mater,cuius caſtiſſi=
mas ſacerdotes ab hominũ amẽtia,furore,& ſcelere defendi:cuiuſq; ignẽ illũ ſempiternũ non
ſum paſſus aut ſanguine ciuiũ reſtingui,aut cũ totius vrbis incẽdio cõmiſceri:vt ſi in illo pe
ne fato Reip.obieci meũ caput p veſtris cerimoniis,atq; tẽplis perditiſſimorꝝ ciuiũ furori,at
q; ferro:& ſi iterũ cũ ex mea contẽtione interitus bonorꝝ oĩm q̃reretur,vos ſum teſtatus,vo=
bis me ac meos cõmendaui,meq; ac meũ caput ea cõditione deuoui,vt ſi & eo ipſo tẽpore, &
ante in conſulatu meo,cõmodis meis oĩbus,emolumẽtis,pmiis ptermiſſis,cura,cogitatione,
vigiliis oĩbus,nihil niſi de ſalute meorꝝ ciuiũ laboraſſem,tũ mihi Rep.aliquãdo reſtituta lice
ret frui:ſin autẽ mea cõſilia patrię nõ pfuiſſent,vt perpetuũ dolorẽ auulſus a meis ſuſtinerẽ:
hanc ego deuotionẽ capitis mei,cũ ero in ſedes meas reſtitutus,tũ deniq; conuictã eſſe,& cõ
miſſam putabo.Nã nũc quidẽ Pont. non ſolũ domo,de qua cognoſcitis, ſed tota vrbe careo,
in quã videor eſſe reſtitutus.Vrbis eĩ celeberrimę & maximę partes aduerſum illud nõ mo
nimentũ ſed vulnus patrię cõtuentur. quẽ cũ mihi conſpectũ morte magis vitãdũ fugiẽdũq;
eſſe videatis:nolite quæſo eũ,cuius reditu reſtitutã Rẽp.fore putaſtis,nõ ſolũ dignitatis or=
namentis,ſed etiã vrbis partibus velle eſſe priuatũ.Nõ me bonorꝝ direptio,non tectorꝝ exci=
ſio,nõ depopulatio prædiorꝝ, nõ præda conſulũ ex meis fortunis crudeliſſime capta permo=
uet:caduca ſemp & mobilia hæc eſſe duxi,nõ virtutis,atq; ingenii,ſed fortunæ,& tẽporũ mu
nera:quorꝝ ego nõ tam facultatẽ vnq̃ & copiã expetendã putaui,q̃ & in vtendo rationẽ,& in
carendo patiẽtiam.Etenim ad noſtrũ vſum propemodũ iam eſt definita moderatio rei fami=
liaris:liberis autẽ noſtris ſatis amplum patrimoniũ paterni nominis, ac noſtræ memorię re=
linquemus.Domo per ſcelus erepta, per latrociniũ occupata, per religionis vim ſceleratius
etiam ædificata,q̃ euerſa,carere ſine maxima ignominia Reipublicę,meo dedecore,ac dolore
non poſſum.Quapropter ſi diis immortalibus,ſi ſenatui,ſi Populo Romano,ſi cũctæ Italiæ,
ſi prouinciis,ſi exteris nationibus,ſi vobiſmetipſis,q in mea ſalute principẽ ſemper locum au
ctoritatẽq; tenuiſtis,gratũ & iucundũ meũ reditũ intelligitis eſſe,quæſo,obteſtorq;,vos pon
tifices,vt me,quẽ auctoritate,ſtudio,ſententiis reſtituiſtis,nũc,quoniã Senatus ita vult,ma=
nibus quoq; veſtris in ſedibus meis collocetis.

Iupiter Capitoli.cur Optimus Maximus.

Deuoui meũ caput.

Patrimoniũ paterni nominis.